

GLOSE IN APOCALIPSIN

<PROLOGUS>

1. Causa que beatum Iohannem scribere moneat, quia interim dum ipse exul teneretur a Domitiano, in Ecclesiis quibus ipse preerat, nequitie multe inoleverunt. Ad quarum correctionem ipse commonetur per angelum in visione, sive dormiens sive spiritualiter raptus. Per hoc autem quod Iohannes destinatus omni humano eloquio et auxilio divinitus visitatur, innuitur nobis ut quanto magis ab hoc terreno tumultu recedimus, tanto potius idonei divina visitatione iudicamur. Et est materia in hoc libro Ecclesia de qua omnes flunt visiones. Quod autem inducitur de Antichristo et demonibus, ad comprobationem Ecclesie fit. 2. Hoc autem modo tractat de materia, scilicet ostendendo conditionem ipsius Ecclesie secundum presentem et futurum statum. Secundum presentem, quod multas persecuciones oporteat hic pati Ecclesiam, et contra in presenti vel in futuro multas dignitates, ut remissionem peccatorum, illuminationem animarum et talia. In futuro autem obtainere vitam et interminabilem letitiam. Finalis causa est ut sibi subditos, quibus principaliiter scribit, et deinde ceteros animet ad sustinendas tribulationes cum patientia, non diffidentes de remuneratione. Accessus ad litteram.

<PROLOGUS ALTER>

1. Deus et Dominus Pater previdens tribulationes quas passura erat sancta Ecclesia, postquam ab apostolis fuit fundata, dispositus cum Filio et Spiritu

Prologus. rubr. incipiunt glose magistri radulfi super apocalipsin T : incipiunt glose in apocalipsi secundum lectionem magistri anselmi lugdunensis γ : super apocalipsin P² 1. causa] est add. γ ~ moneat] monuit α Tr ~ nequitie multe] multe nequitie P² ~ inoleverunt] inoluerunt P² ~ per hoc...quod] per hec...que P² ~ omni humano] humano omni P² ~ et¹ om. P² ~ innuitur] et add. L P³ ~ *ut] quod ω^g ~ terreno om. P⁴ ~ recedimus] recedemus P³ cum ω^g ~ visitatione om. T ~ iudicamur] iudicabimur P³ cum ω^g ~ materia] septem visiones ioannis add. P⁴ ~ in hoc libro ecclesia] in hac ecclesia P⁴ ~ quod] quidquid L 2. de¹] hac add. L ~ et¹] secundum add. P³ ~ et futurum statum] statum et futurum P⁴ ~ hic pati] pati hic P³ cum ω^g ~ et²] e T Tr P³ ~ in presenti] etiam add. P³ cum ω^g ~ vel in futuro om. P³ cum ω^g ~ et³] cetera add. γ ~ ceteros] autem add. et post del. P³

Prologus alter. hic secundus prologus tantum in α et Tr ante prologum «Causa que beatum

sancto eas tribulationes earumque premia revelare. Iacula enim que previdentur minus ledunt. Itaque Christo secundum humanitatem, Christus Iohanni, Iohannes autem Ecclesie revelavit. Et merito Christus Iohanni revelavit, qui precellebat omnibus privilegio castitatis, et qui ‘gratia Dei’ interpretatur, quia bona omnia que agebat divine gratie ascribebat et qui omnia tormentorum immania mentis equanimitate sustinebat. 2. Sed quia constat hanc revelationem visione factam esse, videndum est quo genere visionis. Visio autem alia corporalis, alia spiritualis, alia intellectualis. Visio corporalis est qua vides celum et terram et cetera corpora. Visio spiritualis est quando in eo quod videtur aliud pretenditur. Sicut fuit de Moise qui vidit rubrum non ardentem ardere, quod aliud significabat. Intellectualis vero quando Spiritu sancto intimante, aliquis concipit aliquid mysticum, sicut sanctus Iohannes in hoc libro fecit. Nam non realiter ista vidit, sed divino sufflamine intimante, convenientia signa passionum designativa in intellectu suo configuravit. 3. Nunc que sit materia illius videamus. Materia illius sunt septem signa tribulationum designativa. Intentio invitare nos ad patientiam, ut per patientiam veniamus ad contemplationem, per contemplationem ad revelationem, inde ad beatitudinem. In quo habeamus finalem causam huius operis. Quia in divinitate non queritur de philosophia sed de vita, videamus cui vite supponatur. Vita alia theorica, id est contemplativa, alia practica, id est activa, sed constat ad contemplationem referri. 4. Et notandum quare magis ad patientiam quam ad alias invitent virtutes. Ad quod dicitur, quia sicut fides est fundamentum omnium virtutum, sic patientia quodammodo est sustentaculum. Notandum vero quamdam partem huius libri pro prohemio accipi, scilicet usque *ego Iohannes frater*. In qua parte invitent nos ad legendum, ad audiendum, ad servandum, quia si hoc fecerimus beatitudinem consequemur. Et sic in primis commendat suum opus. Legendus est liber iste quia est *Apocalipsis*, id est revelationis, et non cuiuslibet, sed *Iesu Christi*. Vel sic: legendus est liber iste quia *beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius apocalipsis*, id est revelations *Iesu Christi*.

Iohannem» legitur et Gilberto Porretano adscribitur 2. de] cum P ~ in³ T^{inter lin. a.m.}
Tr^{inter lin.} 4. ad legendum ad audiendum] ad audiendum ad legendum γ ~ audit] audient Tr ~ iesu² om. P : id est Tr

[REDAZIONE CONTINUA]

VISIO PRIMA

CAPUT I

1,1. *Apocalipsis Iesu Christi*. Ac si ita commoneret: Attendite hanc visionem, quia hec est visio revelata Iesu Christo. Et hec est *apocalipsis Iesu Christi quam dedit illi Deus*, scilicet Pater, *palam facere servis suis*, id est ut palam faciat humilibus suis – non Iudeis superbis vel philosophis – ea scilicet *que oportet fieri*, ut tribulationes in Ecclesia et remunerations, *cito*. Et ne quis diceret: Quis poterit tamdiu pati?, dicit *cito*, scilicet et labores transibunt et premia dabuntur. Et quod dicit necesse esse hoc fieri, animat eos, quasi inevitabile ostendens, *et significavit*. Ordo talis est: Deus ostendit Christo, Christus autem Iohanni, Iohannes septem Ecclesiis. Et bene dicit *significavit*, quia per quasdam figuratas et quasi sigilla ei demonstravit. Vult autem Deus Scripturas suas clausas esse, ne inimicis sit locus accedendi et ut sui exerceantur et ab eis inventum gratius habeatur. Et hoc est: *et significavit mittens per angelum suum*, in persona Christi aliquando loquentem, ut cum dicit: «Ego sum α et ω», aliquando in persona sui, ut cum prohibet se adorari. *Servo suo Iohanni 1,2. qui testimonium perhibuit*. Licet Iohannes nondum fecisset Evangelium, in predicationibus tamen multa testimonia Filio Dei dederat. *Verbo Dei*, id est divinitati, cum

1,1. apocalipsis] incipit apocalipsis^{capitulum primum} iohanni quam deus revelavit ei dum in pathmos insula exiliatus *add. inter lin. a.m.* M ~ incipit apocalipsis *add. inter lin.* P² ~ apocalipsis iesu christi¹ *om.* P³ ~ christi] accessus ad litteram *add.* L ~ ita *om.* P² ~ est¹ *om.* γ ~ et¹] scilicet quod P⁴ ~ et hec est apocalipsis *om.* L ~ est² *om.* P⁴ ~ apocalipsis²] id est revelatio *add.* P⁴ ~ illi *om.* P³ : ei P⁴ ~ scilicet¹ *om.* P⁴ : id est L ~ facere] fieri Tr a.c. a.m. ~ id est *om.* P³ cum ω^g ~ ut¹ *om.* P⁴ ~ *quis¹] aliquis ω^g ~ et quod dicit...ostendens bis repetitur in P⁴ ~ necesse] est *add.* P² ~ hoc¹] hec P³ ~ et⁷ *om.* P² ~ *ordo talis est *om.* ω^g ~ *iohannes] vero *add.* ω^g ~ *et hoc est *om.* ω^g ~ mittens *inter lin.* Tr ~ cum¹] dum P³ ~ dicit²] in hoc primo capitulo *add.* m ~ aliquando] aliquem P⁴ ~ adorari] ut dicitur inferius cap. xix *add.* m 1,2. qui testimonium perhibuit *om.* γ ~ licet] hoc *add.* P² ~ fecisset] fecisse P³ T Tr ~ *multa testimonia] testimonia multa ω^g ~ *filio dei dederat] dederat filio dei ω^g ~

[REDAZIONE GLOSSATA]

I, I. |IESU CHRISTI| Salvatoris Regisⁱ |ILLI| Filioⁱ |QUE OPORTET FIERI CITO| scilicet tribulationes venturas et cito transituras et premia subsecutura^m; bene dicit *cito*, quia omne tempus huius vite comparatum eternitati momentaneum est, unde idem Iohannes in epistola sua dicit: «Filioli novissima hora est»^m |SIGNIFICAVIT| id est signis ostenditⁱ |MITTENS PER ANGELUM| hinc quidam volunt quod si post ascensionem Christus alicui apparuit hoc per angelum fuit. Est enim credibile quod, si alicui appareret, illi qui pre ceteris diligebat in sua persona apparuisset^m; magni consilii sibi consubstantialeⁱ |IOHANNI| Iohannes interpreatur ‘gratia Dei’, quia quisquis erat non sibi, sed Dei gratia ascribebat^m; in persona Ecclesieⁱ; Iohannes est figura totius Ecclesie et aliquando loquitur in propria persona, aliquando in persona totius Ecclesie in presenti statu et in futuro^m

I, I. salvatoris regis *om.* L ~ filio *om.* P⁴ ~ subsecutura] habent *add.* P⁴ ~ dicit¹] dixit P⁴ ~ dicit² *om.* P⁴ ~ id est signis ostendit *om.* L ~ iohannes est...futuro *om.* L

I, I. Filioli...est = I Io 2,18

dixit: «In principio erat Verbum». Filius Verbum dicitur, quia sicut per verba patet intellectus, ita ex operibus factis per suam sapientiam Deus nobis innotescit. *Et testimonium Iesu Christi*, secundum humanam naturam cuius sunt hec vocabula, *quicumque vidit*, sive carnali sive spirituali oculo. 1,3. *Beatus qui legit*. Cum deberet dicere Iohannes septem Ecclesiis, ostendit visionem sibi a Christo ostensam. Premittit hec ut eos ad visionem faciat attentos, quasi dicat: Quia hec visio talis est, ideo *beatus qui legit*, predicat, ut clerici, et *qui audit verba*, ut laici, *prophetie*, id est visionis, *huius et servat ea que in ea scripta sunt*, fidem operibus implendo, vitando minata, optando promissa. *Tempus enim*, et potestis servare, quia cito finientur hi labores; et hoc est: *tempus enim prope est*. 1,4. *Iohannes*, Christus Iohanni, ipse autem Iohannes *septem Ecclesiis*, ad litteram vel per septem accipiamus universas, quia in septem diebus omnia sunt facta. *Que sunt in Asia*, que omnes Ecclesie sunt in elatione: Asia enim 'elatio' interpretatur. Quod premisit ante salutationem fuit quasi prologus. In hac autem salutatione nichil dicit de persona Patris, quia de ea nullus error erat; de persona vero Filii et Spiritus sancti dicit contra quorundam hereses. *Gratia vobis*, id est remissio peccatorum sit vobis, *et pax*, id est quies ab omni vitio, *ab eo*, id est a Filio, *qui est*, id est qui vere existit, contra eos qui

erat verbum *om.* P⁴ *et in principio erat verbum super PERHIBUIT add. inter lin. ~ verba] verbum a Tr ~ operibus] spiritibus P² ~ sunt hec] hec sunt P² P³ ~ oculo] in his add. L 1,3. ecclesiis] postquam add. a Tr^{in ras} ~ sibi a christo a P³ Tr ~ ostensam] et add. P³ ~ *eos ad visionem attentos] eos attentos ad visionem ω^g: attentos eos ad visionem P³ ~ *faciat] efficiat ω^g ~ *quasi dicat *om.* ω^g ~ dicat] diceret γ P³ ~ hec¹] hoc L ~ legit] et add. P³ ~ *predicat om.* a Tr P³ ~ *audit]* audiunt T ~ *PROPHETIE] LIBRI add. ω^g ~ id est visionis huius] huius id est visionis P² P³ ~ *servat] vel servant add. *inter lin.* ω^g : servant P³ ~ *scripta om.* a P³ Tr ~ *vitando]* retinendo P³ *cum ω^g* ~ *promissa]* prophetia est spiritualis contemplatio aut per dicta aut per facta aut per imaginationes rerum corporalium incommutabili veritate eventus rerum denuntians add. P³ *cum ω^g* ~ *finietur]* confinietur P⁴ ~ *et hoc est *om.* ω^g 1,4. iohannes¹] deus christo add. P⁴ ~ christus] revelavit iohannes autem christo add. L ~ christus iohanni] ioanni christus P² ~ iohannes²] deus christo add. P³ : ait add. m ~ ad litteram...quia *post elatione* P⁴ ~ *in¹ om.* L ~ *omnia] universa ω^g ~ elatione] virtutum add. P³ ~ *enim om.* P⁴ : autem P² P³ ~ *error erat] erat error ω^g ~ *vero om.* P⁴ ~ *quorumdam hereses]* hereses quorundam P³ ~ hereses] quod premittit salutationem significat quia invitaturus est eos ad salutem add. P³ ~ *vobis¹]* detur scilicet qua peccata vobis remittantur et virtutes infundantur vel gratia favor dei sit vobiscum in omnibus agendis add. m ~ *vobis² *om.* ω^g ~ id est² *om.* P³ ~ *vitio]* vel pax qua deo et sanctis angelis semper concordetis per bonam voluntatem et sanctam actionem add. m ~ id est⁴ *om.* P³ *cum ω^g**

1,2. In principio erat Verbum = Io 1,1

I,3. |BEATUS| Multis de causis liber iste est accipiendus: tum quia est Apocalipsis tum quia est *beatus qui legit*^m; ideo *beatus*ⁱ; commendat opusⁱ |QUI LEGIT| *predicat*ⁱ |QUI AUDIT| *auditores*ⁱ; vel audiunt propter pluralitatem auditorumⁱ |VERBA PROPHETIE| Prophetia est spiritualis contemplatio aut per facta aut per dicta aut per imaginationes rerum corporalium incommutabili veritate even-tus rerum denuntians^m |SERVAT EA QUE IN EA SCRIPTA SUNT| opere complet, adversa non timendo, non enim auditores tantum, sed factores iustificantur^m |TEMPUS ENIM PROPE EST| debent servareⁱ; mortis cuiusqueⁱ I,4. |SEPTEM ECCLESIIS| In primis commendat Apocalipsin, ita Pater dedit Filio, Filius Iohanni, Iohannes septem Ecclesiis, id est Ecclesie septiformi, et hoc Ecclesie universalis dicit. Solet autem universitas septenario numero designari, quod septem diebus omne seculi tempus volvitur et hoc iuxta illud: «Septies in die laudem dixi tibi», tum quia Ecclesia repleta est munere septiformi. Unde in Zacharia legimus candelabrum habens super se septem infusoria et septem lucernas. Isaias dicit: «Apprehendent septem mulieres virum unum in die», «sapientia excidit sibi columnas septem» Salomon dicit^m |PAX| pax consumma-tio bonorum operum^m |QUE SUNT IN ASIA| captat benevolentiam salutando eosⁱ

I,3. est accipiendus] accipiendus est P⁴ ~ est *beatus*] *beatus* est P⁴ ~ complet] com-plent L ~ debent] debet P⁴ I,4. in primis...dicitⁱ *om.* P⁴ ~ captat...eos *om.* L

I,4. Solet...volvitur = Beda, *ExpApc*, p. 237, rr. 2-4 ~ et hoc iuxta illud...Salomon dicit *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 943A-B ~ Septies...dies = Ps 118,164 ~ in Zacharia legimus *cfr.* Za 4,2 ~ Apprehendent...die = Is 4,1 ~ sapientia...septem = Prv 9,1

dicebant eum morte perisse, *et qui erat*, sine principio, contra eos qui dicebant eum cepisse ex tempore, *et qui venturus est*, in iudicio, *et a spiritibus septem*, id est a Spiritu sancto vel spiritibus septem ideo dicit, ut intelligamus septem dona Spiritus sancti, vel per septem accipiamus omnia dona Spiritus sancti, *qui in conspectu*, ut illuminentur iusti in quibus sedet iudicans Deus, *throni eius sunt*. Thronus est iudicaria sedes; 1,5. *et a Iesu Christo*. Repetit de Filio, quia inde plurima dicturus erat. *Qui est testis*, non negans se Filium Dei etiam ingruente morte, et cuiusmodi *testis* sit dicit: *fidelis, primogenitus mortuorum*, id est ante genitus ad vitam non iterum moriturus, vel omnium mortuorum est dignior vel mortuorum mundo, quia ipse immunis fuit a peccato. *Et princeps regum terre*, ad litteram, quia sive velint terreni reges sive non, non possunt nisi quantum ipse permittit; vel caput et princeps omnium bene regentium terram suam. *Qui dilexit nos*, quem audire et venerari debetis, quia ipse sola dilectione dilexit nos. *Et lavit nos a peccatis nostris*, originalibus et etiam actualibus, *in sanguine suo*, non in sanguine animalium, sicut in veteri lege. 1,6. *Et fecit nos regnum*, fidem nobis dando regni celestis, *et sacerdotes Deo et Patri*. Deus dicitur secundum creationem, idem et Pater, quia omnibus consulit. Rex dicitur ille qui bene regit et refrenat illicitos motus, sacerdos qui

eum^{1]}] eos add. P² : christum P³ ~ morte...eum² om. m ~ ex tempore *inter lin. a.m.* T ~ iudicio] iuxta illud sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celo add. P³ : hic reprobatur error ebionis, arii et multorum aliorum haereticorum qui dixerunt christum purum hominem ex maria sumpsisse initium add. m ~ SPIRITIBUS SEPTEM] SEPTEM SPIRITIBUS L ~ id est a spiritu sancto vel om. P³ ~ spiritibus septem] septem spiritibus γ ~ ideo om. P³ ~ per² om. P⁴ ~ dona om. P⁴ ~ sancti^{3]} id est a spiritu sancto add. P³ ~ throni eius post in conspectu α : add. et post del. Tr ~ throni om. T : *inter lin.* Tr ~ sunt *inter lin.* Tr 1,5. *quia] quoniam ω^g ~ inde om. P⁴ P² : de eo γ ~ plurima om. P⁴ ~ plurima] plura T Tr ~ dicturus erat] erat dicturus M ~ erat] michi add. P² ~ *testis*] nostre resurrectionis add. P³ ~ *et cuiusmodi...dicit om. ω^g ~ dicit] determinat scilicet add. P² P³ ~ non iterum] iterum non P² ~ *moriturus] alias add. ω^g : quia aliorum add. P³ ~ vel¹ om. P³ cum ω^g ~ est³ om. α Tr ~ *mortuorum^{1]} et add. ω^g ~ dignior] omnibus add. P³ cum ω^g ~ vel mortuorum mundo om. P² : *in marg.* Tr ~ peccato] ut dicitur add. m ~ terreni reges sive non] sive non terreni reges L ~ terram] id est terrenitatem add. P² ~ sola] maxima P m ~ nos] maiorem hac dilectione nemo habet ut animam suam ponat quis etc. add. m ~ etiam² om. P² ~ nostris *inter lin.* Tr ~ animalium] animali m ~ lege] ut ample deducit divus paulus per totum capitulum et divus petrus add. m 1,6. nobis dando] dando nobis γ : opeditores add. P³ : *obtentores add. ω^g ~ regni celestis] celestis regni P² : celestis om. P⁴ P³ ~ patri] ut per pulchre deducit divus petrus add. m ~ idem] add. α Tr ~ rex dicitur ille] rex ille dicitur P³ ~ *ille om. ω^g ~ bene om. α Tr ~ *sacerdos] dicitur add. ω^g

|QUI VENTURUS EST| iuxta illud: «Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum»ⁱ |QUI EST| est incommutabilis, unde psalmus: «Tu autem idem ipse est»^m |QUI ERAT| quia «In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum»^m |SPIRITIBUS SEPTEM| qui est septiformis gratiaⁱ |IN CONSPECTU| in presentia et intuitioneⁱ |THRONI| Ecclesieⁱ 1,5. |IESU CHRISTO| ut hoc opus confirmetⁱ; eius verba omnia vera suntⁱ |PRIMOGENITUS| princepsⁱ |TESTIS| Patris vel nostre resurrectionisⁱ |FIDELIS| absque mendacioⁱ |PRINCEPS| priorⁱ |REGUM| id est illorum qui regunt terrenitatem vel caput omnium principum terre^m 1,6. |REGNUM ET SACERDOTES| *regnum*, terre in quibus regnaret, *sacerdotes* nosmet sacrificium dantes, id est mortificantes^m |REGES| electi *reges* qui carnem domant, spiritum roborant. *Sacerdotes* quia se ipsos in ara cordis Deo hostiam placentem

iuxta illud...in celum *om.* P⁴ ~ qui est septiformis gratia] septiformi quod est gratia P⁴ 1,5. ut hoc opus confirmet *om.* L ~ eius verba...sunt *om.* L ~ princeps *om.* L ~ abseque mendacio *om.* P⁴ ~ id est illorum...terre *apud* REGES (Apc 1,7) *transposit* L 1,6. SACERDOTES] et *add.* P⁴ ~ terre *om.* L ~ deo] se *add.* P⁴

4. Sic veniet...celum = Act 1,11 ~ Tu autem idem ipse est = Ps 101,28 ~ In principio...Deum = Io 1,1 1,6. Deo hostiam placentem offerunt *cfr.* Rm 12,1

digne Deo offert preces suas et se ei sacrificat. *Ipsi gloria*, et quia ipse talis est, ideo apud nos gloriosus habeatur, et *imperium in secula seculorum*, et nos eius regimini subiciamur in secula consecutiva horum seculorum, non ad horam tantum. *Amen*. Amen est adverbium confirmativum apud Hebreos, ac si inclamat: Verum est quod ei debetur gloria. 1,7. *Ecce venit cum nubibus*. Et bene debemus eum glorificari, quia iam venit remunerator bonorum et punitor impiorum. Nubes accipiamus ad litteram. Veniet enim iudex cum nube ut ascendit; que nubes bonis refrigerium et confortatio erit, malis autem excecatio. Quod significatum est in nube qua educti sunt filii Israel de Egypto. Vel per nubes accipiuntur iusti, quia ipsi et coruscant miraculis et intonant minis et irrigant corda fidelium doctrina Verbi Dei. *Et videbit eum omnis oculus*, ad litteram, et etiam oculi eorum *qui eum pupugerunt et plangent se*, scilicet ex propria miseria, et *super eum*, id est ut ex infinita gloria ipsius et beatorum maxime augeatur calamitas damnatorum. *Omnes tribus terre*, id est terrenitati dedit. *Etiam amen*. Confirmatio laudis et honoris. 1,8. *Ego sum α et ω*. Premissa salutatione, antequam visionem narret, ut eos attentos faciat, ad ea que sequuntur intelligenda dicit hec non esse sua verba, sed Dominus Deus dicit hec, ut sit probatio ita. Vere venturus est Dominus, quia ipse Dominus Deus dicit: *Ego sum quidem ille qui est et qui erat et qui venturus est*. Et ubi hoc dicit,

deo² om. α Tr ~ offert preces suas et se ei sacrificat] preces suas id est mortificationes suas et se ei sacrificat P⁴: preces suas offert et sacrificat P² ~ ei¹ om. P³ ~ sacrificat] per bonam voluntatem et rectam actionem, sic totaliter se deo dedicando et hic non loquitur divus iohannes de sacerdotio ordine add. m ~ ipse om. P² P³ ~ apud nos] nos apud M ~ est adverbium] adverbium est P³ ~ confirmativum] affirmativum α Tr ~ ei²] ipsi P³ cum ω^g ~ gloria] et cetera add. P³ cum ω^g 1,7. ecce] et est ecce P² ~ glorificari] glorificare P³ ~ iam om. P³ ~ ascendit] ascendat P² : ut dicitur add. m ~ *bonis] nobis ω^g ~ autem om. α Tr ~ egypto vel *non legitur* P³ ~ doctrina verbi dei] verbi dei doctrina α Tr ~ doctrina] in ea <...> add. sed *non legitur* P³ ~ oculus] <...> add. sed *non legitur* P³ ~ pupugerunt] <...> add. sed *non legitur* P³ ~ scilicet om. L : super se α Tr ~ ex propria miseria] <...> plangent se secundum reputationem sui <stultam super?> eum et non sub eo id est sub preceptis <eiuis?> scilicet add. P³ ~ et¹⁰ om. P² ~ et super eum id est om. P³ ~ id est¹¹] scilicet P² P⁴ ~ infinita] finita P⁴ ~ ipsius eius α Tr ~ et¹¹] ac α Tr ~ omnes tribus *non legitur* P³ ~ terre *inter lin.* Tr ~ id est² om. P⁴ ~ laudis et honoris om. P⁴ 1,8. visionem narret] narrationem incipiat visionis α Tr ~ ut eos *non legitur* P³ ~ *attentos] intentos ω^g ~ *ad ea que sequuntur intelligenda] ad intelligenda ea que sequuntur ω^g (om. ea P⁴) ~ verba om. P³ cum ω^g ~ ut²] vel P² *non legitur* P³ ~ probatio] pro bono P³ ~ deus² om. P⁴ ~ sum² om. P⁴ ~ sum quidem] quidem sum L P³ ~ qui est et qui erat] qui erat et qui est α Tr ~ est³ om. γ L ~ ubi om. α Tr

1,7. nube qua...Egypto *cfr.* Ex 13,21-22

offerunt^m |GLORIA| laus cum frequenti famaⁱ |AMEN| vel *amen*, id est sine defectione: *a-* ‘sine’, *-men* ‘defectio’ dicitur^m 1,7. |NUBIBUS| apostolis vel in nube sicut ascenditⁱ |PUPUGERUNT| crucifixeruntⁱ |VIDEBIT| non ea forma qua iudicatus estⁱ |PLANGENT SE SUPER EUM| in crucifigendo et occidendo eo, superiores se reputabant *super eum* fuisse secundum reputationem suam stultam. *Super eum* et non sub eo, id est sub preceptis eius vel per eum amissum sua negligentia^m; Estne tante potentie ut plangent? Est quod potest perpendi ex verbis ipsius dicentis^m |TRIBUS| reprobiⁱ |AMEN| etiam quantum ad Iudeos, gentiles. *Amen* quantum ad Iudeos^m |CONFIRMATIO| latina et hebraicaⁱ

laus...fama *om.* L 1,7. non ea forma...est *om.* L ~ in crucifigendo...reputabunt *om.* L ~ estne...dicentis *om.* P⁴ ~ etiam...iudeos² *om.* P⁴ ~ latina et hebraica *om.* L

ibi hec cetera: *Ego sum α et ω*; et horum subditur expositio cum dicitur: *Principium et finis*. Deus dicitur *principium*, quia ipse et ante omnia fuit et ab ipso omnia processerunt. Dicitur *finis*, quia post ipsum nichil erit, et quia, eo obtento, nichil expetibile relinquitur; et hoc est: *ego sum α et ω, principium et finis dicit Dominus Deus, qui erat et qui est et qui venturus est.* 1,9. *Ego Iohannes.* Finita salutatione, antequam narret, exponit quomodo vel quando vidisset et ibi commendat visionem ex quatuor rebus, scilicet ex persona videntis, ex loco, ex causa, ex tempore. Et sic dicit: *Ego Iohannes*, commendatio ex persona. Quasi dicat: Attendite hec que vidi, apostolus tanti testimonii, *frater* in unitate fidei *et particeps in tribulatione*. Et quia tribulatio sine patientia inutilis est, ideo apponit *et patientia et tandem regno*. *Et patientia in Iesu*, premonstratis omnibus his *in Iesu*; tribulatus enim Dominus patienter regnum habet. *Fui in insula*, ad litteram, et est commendatio ex loco. Locus enim solitarius aptus est in quo secreta celestia fidelibus revelentur. *Que appellatur Pathmos*. Pathmos 'fretum' interpretatur. *Propter Verbum Dei*, commendatio per causam, *et testimonium Iesu Christi*, scilicet quia testimonium perhibui divinitati et humanitati Salvatoris. 1,10. *Fui in spiritu*, id est spiritualiter vidi, *in Dominica die*. Ecce commendatio ex tempore. Solet enim rerum qualitas tempore denotari: ut Abraham vedit angelos in meridie, id est in fervore fidei, Adam vedit angelum in persona quidem Domini post meridiem, scilicet post lapsum. Loth vedit perditionem Sodome in vespere, quia cito futura erat. Salomon sapientiam recepit nocte, quia non bene conservavit eam. Significat autem dies Dominica requiem illam veram quam iam obtinet et suis promittit ille

ibi hec cetera *om.* α Tr : scilicet enim *add.* L : scilicet *add.* P⁴ ~ *finis*^{1]} et *add.* P⁴ ~ *ipse et*] et *ipse P⁴ ~ omnia*] ea α Tr ~ *processerunt*] omnia per ipsum facta sunt *add.* m ~ *expetibile*] *expitabile* P² ~ *et hoc est *om.* ω^g ~ *est*^{6]} omnipotens *add.* P² 1,9. quomodo vel *om.* P² : *in marg.* Tr ~ *vel quando om.* P³ *cum ω^g ~ *et sic dicit om.* ω^g ~ *sic dicit*] *dicit sic P² ~ dicit*] dicat P³ ~ *iohannes*^{2]} ego licet pater in prelatione tamen frater in regeneratione unius matris ecclesia *add.* P³ *cum ω^g ~ hec om.* α Tr ~ *testimonii*] nominis α Tr ~ **in unitate fidei*] in fide et unitate ω^g ~ ideo apponit...regno *om.* L : apponit non et tandem de regno P⁴ ~ et patientia in iesu *om.* α : *add. et post del.* Tr : haec ample deducuntur *add.* m ~ premonstratis] nobis *add.* P³ *cum ω^g ~ his*] et *add.* P² ~ *regnum habet*] *habet regnum α Tr ~ fui in insula inter lin.* Tr ~ *insula*] ecclesia *add.* P³ : *bis repetitur in Tr ~ APPELLATUR*] VOCATUR P⁴ ~ *perhibui*] perhibuit P² 1,10. *vidi in marg. a.m.* Tr ~ ecce *om.* α Tr ~ *rerum qualitas*] *qualitas rerum P² ~ denotari*] notari α Tr ~ vedit angelum *non legitur* P³ ~ scilicet *non legitur* P³ ~ *domini*] dei α Tr ~ *sodome non legitur* P³ ~ *salomon non legitur* P³ ~ *sapientiam recepit*] *recepit sapientiam P⁴ ~ *nocte*] *in nocte ω^g ~ conservavit non legitur* P³ ~ *autem*] enim α Tr ~ *dies dominica*] dominica dies α Tr ~ *suis*] sanctis α Tr ~ *promittit*] <...>*are add.* P³ *sed non legitur*

1,8. |PRINCIPIUM| quia ultra eum nichil estⁱ |A| α principium est elementorum grecorum, ω finis quod bene convenit illi de quo dicit Isaias: «Ante me non est formatus Deus et post me non erit»^m 1,9. |EGO IOHANNES| licet pater in prelatione, tamen frater in regeneratione unius matris Ecclesie^m |PARTICEPS IN TRIBULATIONE| si erimus socii tribulationum, erimus et consolationum et patientie, quia «Fui patiens in tribulatione»^m |INSULA| Ecclesiaⁱ |PATHMOS| vel ‘vorago’ vel realiterⁱ |IESU CHRISTI| in Iesu non causa lucri^m 1,10. |FUI IN SPIRITU| fui in spiritu meoⁱ |IN DOMINICA DIE| omni tempore evangelice predicationis vel pro predicatione dominice diei, id est Evangelii, quod versatur circa resurrectionem que fuit in dominica die vel in respectu diei iudicii, que dies erit Domini^m

1,8. quia...est *om.* L 1,9. prelatione] contemplatione L ~ unius *in ras.* utero *add.*
inter lin. a.m. P⁴ ~ et patientie...tribulatione *om.* P⁴ ~ ecclesia *om.* P⁴ 1,10. *meo*]
in insula add. P⁴ ~ pro predicatione] per predicationem P⁴

1,8. α principium...non erit *qfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 948C ~ Ante me...non erit =
Is 43,10 1,9. erimusⁱ...patientie *qfr.* II Cor 1,7 ~ Fui...tribulatione = Rm 12,12

qui Dominica die resurrexit, ideoque cessamus adhuc eodem die ab opere. Significabatur eadem requies in veteri lege per sabbatum, sed re impleta cessavit figura. In hac requie iam saltem spe totus erat beatus Iohannes, unde attendenda videtur revelatio, que fit eo tempore. *Et audivi*, id est cognovi, *vocem magnam*, id est admonitionem de magnis rebus factam, *post me*. Post se dicit, quia, cum ipse iam eductus de presentibus sola anteriora intenderet per contemplationem, aliorum respicere correctionem admonetur. Vel post se audit, quia idem admonitum lege et prophetis intellexit. *Tamquam tube*, quia incitatur ad bellum. 1,11. *Quod vides scribe in libro*, id est reconde in memoria vel ad litteram, *et mitte septem ecclesiis*. Possumus per septem universas significare ecclesias vel ad litteram has septem accipiamus tantum. 1,12. *Et conversus sum ut viderem vocem que loquebatur tecum*, id est recordationem habui de subditis, ut intelligerem admonitionem. Attendendum quia totus iste liber in septem visiones distinguitur, quarum hec prima de correctione Ecclesie agit. *Et conversus*, et quia sic conversus, *vidi septem candelabra*, id est septem prenominatas Ecclesias vel etiam universas. Per candelabra ideo significamus Ecclesias, quia sicut candelabra portant lumen et aliis prebent, ita Ecclesia verum lumen, quod est Christus, portat et aliis, ipsius claritatem predicando, demonstrat. *Aurea* ideo dicitur Ecclesia, quia claritate et sapientia est fundata. 1,13. *Et in medio*, id est paratus omnibus subvenire et ab omnibus participari, *septem candelabrorum aureorum*, id est Ecclesiarum, *similem Filio hominis*, id est Christum, quem ideo

ideoque] ideo quoque L ~ adhuc *om.* α Tr : in *add.* α Tr ~ *eodem] eadem ω^g ~ eadem requies *non legitur* P³ ~ requies] dies L ~ in veteri lege per sabbatum] per sabbatum in veteri lege P² ~ impleta...spem *non legitur* P³ ~ iam² *om.* P⁴ ~ totus] positus P⁴ ~ *iohannes *om.* ω^g ~ beatus Iohannes] apostolus α Tr ~ videtur] est α Tr ~ *eo] eodem ω^g ~ de magnis rebus] de rebus magnis γ P² ~ se dicit *non legitur* P³ ~ intenderet] et *add.* P⁴ : intendit P² ~ admonitum lege et prophetis] lege et prophetis admonitum α Tr ~ *intellexit] intelligit ω^g ~ tube] dicentis *add.* P² : dicentis sic ecclesiam ad patiendum *add.* P³ 1,11. *ecclesiis*] epheso et smyrne et pergamum et thiatire et sardis et philadelphie et laodicie *add.* P² ~ id est *om.* P⁴ ~ reconde] ex corde *add.* L ~ universas accipere ecclesias] accipere ecclesias universas T ~ significare] accipere α Tr ~ accipiamus *om.* α Tr ~ tantum *om.* P³ *cum* ω^g ~ tantum] ephesum et reliquias *add.* P² P³ 1,12. *totus iste*] iste totus α Tr ~ quarum] quare P² ~ *conversus*²] sum *add.* γ β ~ sic] sum P² P⁴ ~ candelabra] aurea *add.* γ ~ per...ecclesiis²] *om.* P² ~ ecclesias *inter lin.* Tr ~ sicut *om.* P² ~ candelabra] et *add.* P³ ~ verum *om.* P⁴ ~ christus] et aliis *add.* m ~ portant] comportant α Tr ~ ideo dicitur ecclesia *om.* α Tr ~ quia⁴] ecclesia *add.* α Tr ~ *claritate] caritate ω^g ~ est fundata] fundata est P² 1,13. id est¹] scilicet P² P³ ~ et¹ *om.* P³ : id est m ~ ab omnibus participari] participarique ab omnibus P³ ~ SIMILEM FILIO HOMINIS] FILIO HOMINIS SIMILEM P⁴ ~ id est³ *om.* α Tr

|AUDIVI POST ME VOCEM| Iohannes celestibus intentus, vocem post se, id est in his que oblitus fuerat, audivit, ut faciem mentis ad curam septem Ecclesiarum converteret et que videbat auditoribus profutura scriberet. Flecti enim presencia possunt, quibus sepe dicitur: «Revertar in domum meam unde exivi»^m |POST ME| *post me* erat quia michi incognita vel a patribus predicta primitusⁱ |BELLUM| Ecclesia, que in Iohanne figuratur, audit vocem post se, quia misteria omnia que vidit impleta in se in lege et prophetis videt, id est considerat, prenuntiata^m |TAMQUAM TUBE| Sicut enim tuba hortatur ad bellum et hostes terret, ita vox Christi credentes hortatur, non credentibus minatur^m 1,11. |IN LIBRO| realiter vel in cordeⁱ |SEPTEM| universe Ecclesie septiformi gratia illuminateⁱ |SEPTEM ECCLESIIS QUE SUNT IN ASIA| *Epheso* Ephesus ‘voluntas’ vel ‘consilium’ vel ‘gravis lapsus’ et *Smyrnam* Smyrna ‘canticum’ sive ‘delectatio’ et *Pergamum* Pergamus ‘divisio cornuum’ et *Thyatiram* Thyatira ‘illuminatio’ vel ‘illuminata’ et *Sardis* Sardis ‘principium pulcritudinis’ et *Philadelphia* ‘salvans hereditatem’ et *Laoditiam* Laoditia ‘tribus amabilis’ vel ‘vomitus’^m 1,12. |CONVERSUS SUM| ad litteram ad spiritumⁱ |UT VIDEREM VOCEM| visio vocis spiritualis est intellectaⁱ |CONVERSUS| Iohannes convertitur quia, cum in tribulatione illa cura illarum septem Ecclesiarum penitus esset obliterata quibus ipse preerat, totus iam in contemplatione ad summum bonum solummodo inhiabat, unde admonetur ut respiciat statum Ecclesie iam labentem et scribat ei delicta sua prout ipse videbit ut ita erigat eam. Et Iohannes dicitur bene conversus de contemplatione divinorum ad curam terrenorum^m |SEPTEM CANDELABRA| septem candelabra idem significant quod septem Ecclesie, id est universalem Ecclesiam donis septiformis Spiritus refertam. Que fulget auro divine sapientie, lucet verbo et exemplo, habet longanitatem spei in longitudine et perseverantia cudendo perficitur diversis huius seculi pressuris^m 1,13. |SEPTEM CANDELABRORUM AUREORUM| id est Ecclesiam septiformi gratia illuminatam et celesti sapientia conditam^m |IN MEDIO| in communi, quia ad omnes habent se equaliterⁱ |SIMILEM| non impassibilem^m

iohannes...exivi *om.* P⁴ ~ post me...prenuntiata *apud* ECCLESIA (Apc 1,9) P⁴ ~ hortatur] amicos *add. a.m. inter lin.* P⁴ ~ credentes hortatur] hortatur credentes P⁴ 1,11. principium] initium P⁴ 1,12. vocis] pacis L ~ in¹ *om.* P⁴ ~ oblita] -us *a.m. inter lin.* P⁴ ~ refertam] refectam P⁴ 1,13. quia *in ras.* et *p.c. a.m.* P⁴ ~ habent se equaliter] equaliter se habent P⁴ ~ non impassibilem *om.* L

1,10. Revertar...exivi = Mt 12,44 et Lc 11,24 1,11. Epheso...vomitus *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 951B-953C 1,12. Septem candelabra...pressuris *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 953D-954A

non Filium, sed similem dicit, quia et ipse immunis est a peccato et iam erat immortalis et impassibilis. *Vestitum podere.* Poderis fuit vestis sacerdotalis et talaris in veteri lege, per quam significatur caro Christi que vestis fuit, quia in ea divinitas latuit; sacerdotalis, quia in illa seipsum Deo obtulit, talaris, quia permanet in finem seculi. *Et precinctum ad mamillas zona aurea,* cingulo caritatis et vere dilectionis. Vedit Daniel eundem angelum, scilicet in persona Christi, precinctum renes in Veteri Testamento, quia ibi carnalia opera constringuntur. Hic mamillas prestringit, quia Evangelio etiam cogitationes iudicantur, ex quo significatur nobis ut et nos cogitationes prestrin-gamus. 1,14. *Caput eius et capilli.* Describit secundum quod viderat in figura. Per caput accipitur propria persona Christi, per capillos proxime adherentes ei Christo, qui sunt candidi et bene purgati a peccatis. *Candidi tamquam lana alba,* scilicet vestimentum pellens frigus, scilicet vitia, et *tamquam nix.* Nix est candidissima inter omnes creaturas, cui comparatur candor immortalitatis. *Et oculi eius velut flamma ignis.* Oculi eius sunt dona Spiritus sancti vel spirituales in Ecclesia vel divina precepta que omnia illuminant recipientes et faciunt ardere igne dilectionis. 1,15. *Et pedes eius similes auricalco, sicut in camino ardentи.* Pedes, id est fideles venturos in novissimis temporibus, vident *similes auricalco* excoco, quia sicut auricalcum per excoctionem mutatur in colorem auri, ita et fideles illi per immoderatam tribulationem in tempore Antichristi mutabuntur in melius. Habet alia translatio: *auricalco Libani*, unde notatur quod Antichristus in eadem regione sit venturus in qua Dominus habitavit. *Et vox*

et ipse] ipse et P³ cum ω^g ~ est³ om. P³ cum ω^g ~ *iam] etiam ω^g ~ ea] illa γ ~ obtulit] quia funeri morte voluit eam add. P⁴ ~ dilectionis] mamillas predicatorum qui nutriri filios ecclesie zona aurea id est evangelio caritatis vel zona aurea id est sapientia divina ad complenda duo testamenta add. P³ cum ω^g ~ *AUREA] id est add. ω^g ~ *cingulo] evangelio ω^g ~ scilicet om. P³ ~ renes] tenes M ~ ibi] in add. P⁴ ~ *carnalia opera] opera carnalia ω^g ~ prestringit om. P³ cum ω^g ~ quia²] in add. P³ : hoc add. P⁴ ~ et⁹ om. ω^g Tr ~ *prestringamus] perstringamus ω^g 1,14. christo om. α Tr ~ peccatis] vel caput id est divinitas christi capilli minora membra add. P³ cum P⁴ ~ scilicet¹⁻²] id est α Tr ~ et³] vel P³ ~ omnes] alias add. P⁴ : om. P³ ~ spiritus sancti] sancti spiritus P P³ Tr m ~ eius² inter lin. Tr ~ dona inter lin. Tr ~ omnia] omnes P³ ~ dilectionis] vel oculi sunt predicatorum capilli certi fideles tamquam nix scilicet frigi contra incentiva vitiorum add. P³ 1,15. sicut in camino ardentis in marg. P ~ camino ardentis] ardentis camino P³ ~ ardentis] ignis ardentis L ~ per²] qui M ~ mutabuntur] inveterabuntur m ~ habet alia translatio] in alia translatione habet P³ ~ habitavit] vel per caput lex per capillos qui ex capite nascuntur multitudo illo-rum qui per legem salvantur per oculos prophete qui christum et ecclesiam provide-runt per pedes apostoli intelliguntur de quibus dicit quam pulcri sunt pedes super montes evangelizantium pacem annuntiantium bona add. P³

|VESTITUM| et impassibilisⁱ |PODERE| id est humanitateⁱ; per poderem habemus eius incarnationem diligentis suos usque ad mortem, vel Ecclesiam pertingentem usque ad novissima membra fidelium in fine seculi nascitura, quibus omnibus velut vestimento vestietur^m |PRECINCTUM| preparatumⁱ |MAMILLAS| predicatores qui nutriunt filios Ecclesieⁱ |ZONA AUREA| id est lege divina ad complenda duo precepta vel divina sapientia ad complenda duo testamenta^m I,14. |CAPUT| id est divinitas vel maiora membra vel priores sanctiⁱ |CAPILLI| minora membra tamquam lana ardentes in fide vel accendentes aliosⁱ |CANDIDI| mundati a labe peccatiⁱ |LANA| scilicet vitiaⁱ |TAM-QUAM NIX| frigidi contra incentiva vitiorum^m |OCULI| predicatores. Quemadmodum flamma prebet lumen et incendium, sic predicatores bonis lumen, malis reprobis vero prebent incendium^m I,15. |PEDES| minora et inferiora membraⁱ |SIMILES AURICALCO| non adhuc similes auro sed tamen suntⁱ |IN CAMINO ARDENTI| id est in tribulazione ardenti ut possint effici aurumⁱ

et impassibilis *om.* L ~ vestietur] vestientur *a.c.* L : *non legi potest in* P⁴ I,14. id est divinitas...sancti *om.* L ~ tamquam...alios *om.* L ~ mundati a labe peccati *om.* P⁴ ~ scilicet vitia *om.* L ~ frigidi...vitiorum *om.* P⁴ ~ malis *om.* P⁴ ~ prebent *om.* P⁴ I,15. minora...membra *om.* P⁴

I,13. usque ad mortem...nascitura *cfr.* Haimo, *ExpApC*, PL 117, col. 954C-D ~ diligentis...mortem *cfr.* Io 13,1 I,14. predicatores...incendium = Beda, *ExpApC*, p. 245, rr. 56-8 I,15. in tribulazione...aurum *cfr.* I Pt 1,7

illius tamquam vox aquarum multarum, id est admonitio illius continet vim doctrinarum multarum; que doctrine lavant sicut aqua. Vel tamquam vox quam recipiunt multi populi qui comparantur aque propter fluctuationem vel vox datrix multarum gratiarum. 1,16. *Et habebat in dextera sua stellas septem.* Per stellas accipit episcopos, qui debent alios illuminare verbo et exemplo; quorum licet aliqui modo non lucerent, tamen vocat eos stellas, secundum quod erant instituti a Iohanne; secundum quod erant etiam *in dextera*, id est potiori parte. *Et de ore eius*, id est de sanctis Patribus per quos Deus loquitur, *exibat gladius*, id est Verbum Dei, *ex utraque parte acutus*, id est utrobique secans, in Veteri Testamento opera carnalia, in Novo etiam concupiscentias. *Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua*, id est illi qui ei similes esse nitebant lucebant et ceteros illuminabant, sicut sol in meridie nulla nube obscuratur vel sicut ipse Christus. 1,17. *Et cum vidi essem eum*, id est quia eum talem cognovi et in propria persona et in membris, *cecdi*, id est humiliavi me ipsi, *ante pedes eius*, ut iam paratus essem pati quantum passuri sunt pedes eius, *tamquam mortuus*, quia licet mortuus mundo, tamen vere vivens. *Et ideo posuit dexteram suam*, id est auxilium suum, scilicet spem confortantem, *super me*, id est ultra vires humanitatis, *dicens*, id est commonens me per Scripturas: *Noli timere pati pro me tribulationem*, quia ego fui mortuus pro vobis qui non indigebam. Quod notatur ubi dicit: *Ego primus et novissimus*; et quia ipse non indigens pro nobis pati voluit, modo sine fine vivit, valde animari debemus, ut nos indigentes pro eo patiamur, ut cum eo tandem eternaliter vivamus. Et hoc est: *ego sum primus et novissimus* 1,18. *et vivus*, vera vita secundum divinitatem, *et fui*

**illius] ipsius ωg ~ *continet] obtinet ωg ~ *doctrinarum multarum] multarum doctrinarum ωg ~ vox³ om. P² P³ ~ quam] iam add. L ~ multi populi] populi multi M P^{p. c.} ~ aque] vel add. P⁴ ~ fluctuationem] fluitationem P³ cum ωg 1,16. per¹ om. P³ inter lin. a.m. Tr ~ *per stellas accipit] id est ωg ~ qui¹] quia P³ ~ illuminare] et add. P⁴ ~ quorum] horum L ~ stellas³ om. α Tr ~ secundum] hoc add. P² P³ ~ iohanne] vel add. P² : et add. P³ ~ quod erant etiam] quod etiam erant L : etiam quod erant α Tr ~ potiori] in potiore α Tr ~ de² om. α Tr ~ acutus id est om. P³ ~ *id est utrobique om. ωg ~ utrobique] ut labor P² ~ *secans] resecans ωg ~ etiam²] testamento add. M ~ concupiscentias] vel secundum corpus et animam add. P³ cum ωg ~ esse om. P⁴ ~ nulla nube...christus om. L 1,17. *id est quia] et quando vidi ωg ~ eum talem] talem eum γ ~ *eum om. ωg ~ id est² om. P³ ~ ipsi] ipsum α Tr ~ quantum] quanta L ~ passuri sunt] sunt passuri L ~ sunt om. P³ ~ mortuus] et ideo add. P⁴ ~ mortus] in add. P⁴ ~ *vere] in re ωg ~ ideo in marg. a.m. T ~ suum om. P² ~ scilicet] vel α Tr ~ id est⁴ om. P² ~ vires] meas add. L ~ *id est⁵ om. ωg ~ commonens me] me commonens P³ ~ pati pro me] pro me pati α Tr ~ fui mortuus] mortuus fui T ~ *ego] sum add. ωg ~ vobis] nobis P² ~ voluit] et add. P³ cum ωg ~ vivit] et per hoc add. P² ~ nos om. α Tr ~ ut²] et P³ ~ *et hoc est om. ωg 1,18. vivus] id est add. L P³ : et add. P⁴*

|AQUARUM MULTARUM| populorum multorumⁱ |VOX| predicatio: «Non enim vos estis qui loquimini»^m; predicatio illorum erat, continens omnium voces populorum vel temperans se capacitati omnium^m I,16. |DEXTERA SUA| in divinitate vel dispositioneⁱ |SEPTEM STELLAS| predicatorum Trinitatem per quatuor climata orbium predicantes, vel septem stelle significant septem episcopos septem ecclesiarum^m |ACUTUS| id est incidens Novo et Veteri Testamento vel secundum corpus et animam, id est vitia corporis et anime incidensⁱ |FACIES EIUS| Ecclesia, in qua conspicit et conspicitur Deus. Ecclesia, videns illum post resurrectionem facie ad faciem miracula facientem, fulget ut sol^m |SICUT SOL LUCET| sine defectione in iudicio vel etiam modoⁱ I,17. |CUM VIDISSEM| et cum intellexisset eius magnitudinem ad comparationem humanitatis pro nichilo me reputavi^m |POSUIT DEXTERAM| in superiori meo vel veniens desuperⁱ |DICCENS| vel priorum sanctorum fecit me recordariⁱ |NOLI TIMERE| quantum ad Ecclesiam *noli timere* imitari me, quantum ad Iohannem tu reputas te mortuum, sed *noli timere*^m |EGO SUM PRIMUS| causa cur non sit timendum quiaⁱ; et vivensⁱ

populorum] apostolorum P⁴ ~ predicatio¹...loquimini *om.* P⁴ ~ predicatio²...omnium *om.* P⁴ I,16. id est vitia...incidens *om.* L I,17. meo *om.* P⁴ : id est in mente mea add. P⁴ ~ et vivens *om.* L

I,15. Non enim...loquimini = Mt 10,20 I,16. videns...faciem *qfr.* I Cor 13,12

mortuus et ecce sum vivens, secundum corpus, in secula seculorum, et habeo claves mortis, et quia posset aliquis dicere: Quis poterit tandem pati?, dicit: Non patiar vos tentari supra id quod potestis. Et hoc est: et habeo claves mortis et inferni, id est potestatem mortis, id est diaboli et membrorum eius. Ipse dicitur mors, quia est causa totius mortis, ministri eius infernus, quia locus est in quo ipse habitat. Sed neque diabolus neque ministri eius possunt nocere, nisi quantum eis a Deo permittitur. 1,19. *Scribe ergo que vidisti, sive spirituali sive carnali oculo, et que sunt, ut presentes tribulationes et presens auxilium, et que oportet fieri post hec, id est immensas tribulationes quas patientur sancti in ultimis temporibus, per quorum exemplum presens Ecclesia ad implenda hec leviora maxime debet animari.* 1,20. *Sacramentum septem stellarum, hoc scilicet, scribe. Sacramentum est ubi aliud videtur et aliud intelligitur. Quod angelus quarumdam figurarum mysteria aperit, notat in omnibus allegoriam inquirendam, tamen ideo non omnes aperit, ne sit aditus furibus in sanctam Scripturam.*

CAPUT II

2,1. *Et angelo Ephesi Ecclesie scribe.* Episcopo scribit de manu cuius subditorum peccata requirit nec sine eius commonitu subditos esse iudicandos presument. In hac Ecclesia Ephesi erant aliqui qui Deo bene placebant: secundum quam partem Ephesus ‘voluntas’ interpretatur. Erant in eadem Ecclesia aliqui qui multum indigebant divino consilio: secundum quam partem Ephesus ‘consilium’ interpretatur. Antequam scribat de operibus Ecclesie, premittit de man-

et⁴ om. T ~ id est potestatem mortis om. γ ~ est causa] causa est P³ cum ω^g ~ est⁴] sunt L 1,19. *sive spirituali sive carnali] sive carnali sive spirituali ω^g ~ oculo] ut paulus add. m ~ et² om. P⁴ ~ et³] ea P³ ~ id est om. α Tr ~ immensas] universas m ~ exemplum] exempla P² ~ implenda] tolerandum P³ : tollenda P⁴ ~ debet animari] animari debet α Tr 1,20. septem stellarum om. P² P³ ~ stellarum] scilicet add. M : supple add. m ~ hoc scilicet om. α Tr ~ est] om. P² : mysterium add. P⁴ ~ aliud¹] mysterium add. L ~ videtur] dicitur α Tr ~ et om. L ~ quod] et P² : quia P³ cum ω^g ~ quarumdam figurarum mysteria] mysteria quarumdam figurarum α Tr ~ ideo om. α Tr ~ *scripturam] sicut autem iohannes obtinet hic personam discentis ita et nos debemus obtinere hic iohannis ut discamus ab ipso sicut ab angelo add. ω^g

2,1. *ephesi ecclesie] ecclesie ephesi Tr a.c. ~ scribe]* hec dicit qui tenet septem stellas add. T a.c. ~ deo bene] bene deo α Tr ~ aliqui qui] alii qui P m ~ partem¹] det add. P² ~ consilium interpretatur] interpretatur consilium P³ cum ω^g ~ de operibus non legitur P³ ~ premittit] quedam add. P³ cum ω^g

1,18. Non patiar...potestis = I Cor 10,13

1,18. |HABEO CLAVES MORTIS ET INFERNI| potestatem diaboli et membrorum eius, quia cum volo serviunt, cum volo quiescunt; et quia habeo potestatem inferni etc.: «predica»ⁱ 1,19. |VIDISTI| id est intellexisti in lege et prophetis de meⁱ |ET QUE SUNT| presentem statum Ecclesieⁱ; in morte et resurrectioneⁱ |QUE OPORTET FIERI POST HEC| et futurum statum Ecclesieⁱ 1,20. |ET SEPTEM CAN- DELABRA AUREA SEPTEM STELLE| septem angeli septem Ecclesiarum typum gerunt omnium prelatorumⁱ |ANGELI| rectoresⁱ

2,1. |ANGELO| rectoriⁱ |SCRIBE| premittit potentiam ut ostenderet se posse remunerare fideles et damnare infideles^m; quod scribit istius Ecclesie angelo spiritualiter, generaliter omnibus Ecclesiis convenit, cum ex interpretatione etiam nominis habeamus ipsam formam universalis Ecclesie^m; *Ephesi Ecclesie* voluntarie

1,18. *predica om.* L 1,19. *presentem...ecclesie om.* P⁴ ~ in²...resurrectione *om.* L ~ et⁴...ecclesie *om.* P⁴ 1,20. *STELLE]* et *add.* P⁴

2,1. *ostenderet]* ostendit P⁴ ~ quod...ecclesie² *om.* P⁴ ~ *ephesi...corrigende om.* P⁴

2,1. *quod scribit...Ecclesie* = Haimo *ExpApc*, PL 117, col. 963A

dante; per que ostendit ipsum idoneum qui talia mandet, ut cum dicat eum tenere septem stellas etc., significat his qui peccaverunt non esse desperandum, sed per penitentiam posse reconciliari, quia nondum proiecit eos Deus de manu sua; bonis vero monstrat ut patienter laborent confisi de corona. *Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua*, quasi dicat: Licet peccassetis, nondum proieci vos. *Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum*, quasi dividens suis sancti Spiritus dona vel *ambulat*, scilicet cui non placet quiescere in aliquibus horum. 2,2. *Scio*, id est approbo, *opera tua*. Bone parti prius loquitur ut horum exemplo ceteri corriganter. *Et laborem et patientiam tuam et quia non potes sustinere malos*, scilicet secundum tuam humanitatem sine larga ope misericordie non potes iam pati eorum malitiam vel non potes sustinere malos, quin corrigas vel expellas ab Ecclesia. *Et temptasti eos*, id est probasti eorum doctrinam, *qui dicunt se apostolos esse et non sunt*, id est a Deo missos ut sic facilius decipient erant tales pseudoapostoli. *Et invenisti eos mendaces*, id est falsa predicatorum et male viventes, 2,3. *et patientiam habes contra mala que isti inferunt per tyrannos*. Quod enim isti non potuerunt persuasoria deceptione, querebant per vim efficere. *Et non defecisti*. Hic notat eos tanta passos, que possint aliquem compellere ad defectum. 2,4. *Sed habeo adversum te*, ad aliam partem, *quod caritatem tuam primam reliquisti*, que principalis virtus est. 2,5. *Memor esto itaque*, et quoniam hoc habeo contra te, ideo memorare *unde excideris*, scilicet de excellenti gradu fidelium. *Et age penitentiam*, id est redde dignos fructus penitentie. *Et prima opera tua fac*, scilicet opera caritatis. *Sin autem*, sed si hoc non feceris, *veniam tibi*, ad tuum damnum, *et movebo candelabrum tuum de loco suo*, nisi *penitentiam egeris*, scilicet ab omnibus institutis ecclesiasticis eiciam eos.

per que *non legitur* P³ ~ ut cum *non legitur* P³ ~ *ut¹ om. ω^g ~ stellas] et cum *add.* P³ ~ sed per *non legitur* P³ ~ nondum] non tamen P² ~ proiecit *non legitur* P³ ~ sua quasi *non legitur* P³ ~ *quasi dicat om. ω^g ~ licet...vos om. P⁴ ~ peccassetis] tamen *add.* P² P³ ~ proieci vos *non legitur* P³ ~ qui⁷] quia P² ~ suis om. α Tr ~ sancti spiritus om. P³ cum ω^g ~ dividens suis...dona] dona dividens suis L : dona sancti spiritus dividens P² ~ horum] sed de virtute in virtutem progredi facit eos *add.* P⁴ 2,2. tua om. P³ ~ parti] partis T Tr ~ exemplo om. L : admonitu P⁴ ~ tuam¹ om. M Tr m ~ scilicet] id est α Tr ~ *ope] opera L : mea *add.* ω^g ~ *misericordie om. ω^g ~ eorum malitiam] malitiam eorum α Tr : *non legitur* P³ ~ et⁴ om. P² ~ *eos om. α Tr ~ id est²] scilicet P³ cum ω^g ~ dicunt se] sic dicunt P² P³ ~ esse om. P² ~ *facilius decipient] decipient facilius ω^g ~ decipient] accipient P² ~ erant tales] et aut m ~ erant tales pseudoapostoli om. P⁴ ~ *id est⁴] et ω^g 2,3. enim isti] isti enim P² ~ isti om. P ~ potuerunt] poterant P³ ~ hic] id est *add.* P² ~ tanta] esse *add.* α Tr ~ possint] possent P⁴ P² : posset L ~ defectum] effectum P⁴ 2,5. *quoniam] quia ω^g ~ scilicet¹] id est α Tr ~ excellenti] excellentiori L : excelsiori P⁴ ~ id est om. P³ ~ sed si om. α Tr ~ hoc²] hec γ ~ tuum] episcopatum *add.* P³ ~ eos] vos P³

converse sed tamen adhuc corrigende^m [SEPTEM STELLAS] predicatoresⁱ [IN DEXTERA SUA] in protectioneⁱ [QUI AMBULAT] «Ambulabo in eis et ero illorum Deus»ⁱ [IN MEDIO] in communi equaliter se habens ad omnesⁱ; in medio Ecclesie est Christus, quia sustentat eam et preambulat eam, «querens ubi reclinet caput suum», id est aliquem fidelem in quo habitet^m 2,2. [OPERA TUA] predicationemⁱ [ET LABOREM] quem sustines pro ipsa predicationeⁱ [PATIENTIA] et hoc cum patientiaⁱ [SUSTINERE] consensu licet sustineas habitationem [MALOS] hereticos in Ecclesia tuaⁱ [TEMPTASTI] iudicio mentis, probasti vel retrahere a te^m [INVENISTI] percepistiⁱ [MENDACES] seductoresⁱ 2,3. [PATIENTIA] et licet malum inferant tibi vel passionem, et tunc patientiam habes, non cedendo impugnationibus^m [ET SUSTINUISTI PROPTER NOMEN MEUM] glorificandum nomen alia de causaⁱ [NON DEFECISTI] et ideo hoc fecistiⁱ 2,4. [ADVERSUS TE] quare sum tibi adversariusⁱ [CARITATEM TUAM] quam primitus habuisti, vel precipuamⁱ 2,5. [MEMOR] de quanta dignitate vel gratiaⁱ; quia sum adversusⁱ [AGE PENITENTIAM] tu et conformes tuiⁱ [PRIMA OPERA TUA] caritatem; redeundo ad dilectionem Dei et proximi^{mi} [MOVEBO] separaboⁱ [CANDELABRUM] episcopium vel remunerationem, quia «omnis arbor que non facit fructum excidetur et in ignem mittetur»^m

2,2. iudicio...te *om.* P⁴ 2,3. et² *om.* P⁴ ~ impugnationibus] in pugnationibus L ~ et ideo hoc fecisti *om.* P⁴ 2,5. de quanta...gratia *apud* EXCIDERIS P⁴ ~ quia sum adversus *om.* L ~ MOVEBO] ad detrimentum tuumⁱ *add. a.m.* P⁴

1. Ambulabo...Deus = Lv 26,12 ~ querens...suum = Mt 8,20 *et* Lc 9,58 2,5. omnis arbor...mittetur = Mt 3,10 *et* Lc 3,9

2,6. *Sed hoc habes bonum.* Quamvis hoc predictum habeam adversum te, tamen non desperes quia hec placent michi in te, *quia odisti facta Nicolitarum que et ego odi*, et ideo tu iuste odisti. Nicolaus fuit unus de septem levitis, qui quia redibat ad uxorem suam reprobatus, predicavit communicandas omnes mulieres et predicavit comeditionem idolotitorum. Nicolaus ‘stultus populus’ interpretatur. Quales hoc tempore heretici vel gentiles, qui et communem iudicant usum mulierum et idolotita comedunt. 2,7. *Qui habet*, quod uni dico, omnibus dico. *Aures*, id est divinum intellectum. *Audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.* Quasi dicat: Non sunt verba Iohannis vel angeli, sed ipsius divine substantie. *Vincenti dabo edere de ligno vite.* Et quare audiat? *Quia vincenti.* Non dicit facienti aliquando, sed perseveranti. *Quod est in paradiso Dei mei*, id est in horto deliciarum, scilicet Ecclesia. Christus *lignum vite* dicitur, quia idem facit in Ecclesia quod lignum vite in paradyso. Erat officium illius ligni ut conservaret frumentos fructu suo a morte et a senio, hoc idem explet Christus in Ecclesia sua. Custodit enim suos et a vera morte et ab omni defectu. Adam autem comedens de ligno vetito perdidit quod sibi conferebat lignum vite et obtinuit in experientia scientiam boni et mali. Prius quidem positus in deliciis nesciebat quod esset bonum vel malum: tandem cognovit utrumque, utpote iam expertus utrumque. 2,8. *Et angelo Smyrne ecclesie scribe.* Episcopus signifi-

2,6. *habes bonum*] bonum habes L ~ *quamvis...in te om. ω^g ~ hec placent michi] michi hec placent P²: hec michi placent P³ ~ te²] et add. P² ~ et¹ om. M ~ quia odisti facta nicolitarum que et ego odi] que et ego odi quia odisti facta nicolitarum P² ~ et ideo...odisti om. P² ~ iuste] iure P³ ~ septem om. P³ cum ω^g ~ levitis] diaconibus α Tr ~ qui] prior add. P² ~ redibat] redit P³ ~ reprobatus] repudiatus α Tr : ab apostolis add. P² ~ predicavit¹] esse add. L ~ omnes om. P² ~ communicandas mulieres] mulieres communicandas P² ~ et³ om. α Tr ~ predicavit² om. P² ~ idolotitorum] huius haeresis reprobatur ab ecclesia in cap. quidam autem haeret. 24 cap. 3 add. m ~ *quales] sunt add. ω^g ~ hoc] sunt add. P² ~ vel gentiles non legitur P³ ~ vel] et L ~ et⁵ om. P³ ~ communem] communionem L ~ et idolotia non legitur P³ ~ idolotita] idolatrita T^{a.c.} Tr^{a.c.} 2,7. *habet*] id est add. α Tr ~ *quod¹...dico² om. ω^g ~ dico¹ non legitur P³ ~ id est¹ om. α Tr ~ audiat¹ non legitur P³ ~ dicat] diceret γ ~ sunt verba non legitur P³ ~ angeli...quare om. P³ ~ perseveranti] dabo edere de ligno vite add. P³ : qui perseveraverit usque ad finem hic salvus erit m ~ dei inter lin. Tr ~ id est in horto non legitur P³ ~ id est²] in ecclesia add. L ~ deliciarum] id est eterna requie add. L ~ scilicet ecclesia om. L ~ *erat] enim add. ω^g ~ illius ligni] ligni illius α Tr ~ ut non legitur P³ ~ frumentos om. P³ : et add. P⁴ ~ suo inter lin. Tr ~ hoc idem non legitur P³ ~ christus] christo P³ ~ sua om. L P² ~ enim] fideles add. α Tr ~ *a² om. ω^g ~ autem] enim α Tr ~ scientiam] sapientiam α Tr ~ prius quidem] priusquam P² : prius enim P³ ~ quod⁵] quid P² ~ esset bonum] bonum esset P² ~ iam om. α Tr P³ 2,8. *smyrne ecclesie*] ecclesie smirne P³ Tr ~ ecclesie om. P²

2,6. |HOC BONUM| non dignum reprehensioneⁱ |QUIA ODISTI FACTA NICOLAITA-
RUM| idolatriam, fornicationemⁱ |EGO ODI| Pater et Spiritus sanctusⁱ 2,7.
|AURES| spiritualesⁱ |AUDIAT QUID SPIRITUS DICAT ECCLESIIS| debes perseverare
quia^{im} |VINCENTI DABO EDERE| incentiva vitiorum cum perseverantiaⁱ |DE
LIGNO| id est Christumⁱ |VITE| de me fortis vitam danteⁱ |IN PARADISO| Paradi-
sus presens Ecclesia est in qua fideles corpore et sanguine Christi satiantur^m;
lignum vite et lignum scientie boni et mali in medio Paradisi erant. De
ligno autem vite si quis gustasset non moreretur in eternum, si autem de
ligno scientie boni et mali, si etiam immortalis esset, mortalis fieret.
Lignum igitur vite Christus est, lignum scientie boni et mali diabolus quia
mors est et ad infideles pertinet, lignum autem vite ad electos, unde dicitur:
vincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradyso Dei mei^m |DEI MEI| Patrisⁱ 2,8.
|SMYRNE ECCLESIE| Smyrna interpretatur ‘canticum eorum’. Canticum ad
letitiam pertinet quod apte congruit fidelibus quibus in persona huius
Ecclesie Dominus loquitur^m |SCRIBE| que cantat et psallit Deo in corde suoⁱ

2,7. AURES spirituales] AUREM spiritualem P⁴ ~ est² om. P⁴ ~ lignumⁱ...dei meiⁱ om.
L 2,8. psallit] psallat a.c. L

2,7. Paradisus...satiantur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 968C ~ lignum vite...Paradisi
erant *cfr.* Gn 2,9 ~ De ligno...mortalis fieret *cfr.* Gn 2,17 et 3,22 2,8. Smyrna...loquitur =
Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 968D ~ que cantat...corde suo *cfr.* Eph 5,19

catur per angelum, quia et ipse nuntius esse debet verbi Dei. Smyrna interpretatur ‘canticum’, quia hec tota bene placebat Deo. Et sicut in ceteris prius ostendit mandantem idoneum qui talia mandet et scilicet describit Christum, qui valeat eos consolari qui in nomine ipsius tribulantur. *Hec dicit primus et novissimus, qui fuit mortuus et vivit*, ideo et vos ne deficiatis, quia et vos in eternum mecum vivetis. 2,9. *Scio tribulationem et paupertatem*, ad litteram. *Sed dives es in spe remunerationis*, et est quedam confortatio, et *blasphemaris ab his*. Cumulus est tribulationis totius miserie, si ab hoste familiari vexantur. *Qui dicunt se Iudeos esse*, id est confitentes, et non sunt. «Si filii Abrahe essent, opera Abrahe facerent». *Sed sunt synagoga*, id est congregatio, *Satane*, id est adversarii. Synagoga dicitur ‘congregatio’, quod videtur pertinere ad irrationabilia, quasi pecorum sit. Sed Ecclesia dicitur ‘convocatio’, quod manifeste de rationabilibus dicitur. 2,10. Sed tamen nichil horum timeas que passurus es, etiam si sint graviora preteritis. *Ecce missurus est*, et vere patieris, quia ecce missurus est *ex vobis*, aliquos, *diabolus in carcerem*. Pro omni tribulatione ponit carcerem, *ut tentemini*, id est ut probemini; et *habebitis tribulationem*, et quamdiu? Omni tempore vite vestre. Et hoc est: *diebus decem vel septem*, id est omnibus diebus quibus observabuntur precepta legis, id est omni tempore presentis vite. Vita iusti ideo denario significatur, quia ipsa subiacet decem preceptis legis. Vita vero

quia...debet *bis repetitur etiam in marg.* in P⁴ ~ esse debet] debet esse P⁴ a Tr ~ bene om. a Tr ~ placebat deo a Tr ~ deo om. L ~ placebat] placebant L ~ et³ om. P³ cum ω^g ~ scilicet] talem a Tr ~ *valeat] possit ω^g ~ qui³ om. P² ~ in² om. L ~ ipsius] eius a Tr ~ hoc] hec L ~ *ideo et] et ideo ω^g ~ *vos¹ om. ω^g ~ in eternum mecum] mecum in eternum P² P³ 2,9. *scio*] laudo add. P³ cum ω^g ~ paupertatem] non habens superbiam add. P³ cum ω^g ~ et paupertatem ad litteram] ad litteram et paupertatem P² P³ ~ est² om. M m ~ *tribulationis] tribulantis ω^g ~ totius miserie om. a Tr ~ vexantur cum ω^g: vexatur o Tr : vexentur P² P³ ~ *DICUNT] FINGUNT ω^g ~ id est¹ om. P³ cum ω^g ~ si²] enim add. a Tr ~ abrahe] eius add. P³ cum ω^g ~ quod¹⁻²] que P² ~ pecorum] peccatum Tr a.c. ~ dicitur convocatio] convocatio dicitur P² ~ dicitur² om. P³ cum ω^g ~ quod²...dicitur] de rationabilibus dicitur quod manifeste P⁴ 2,10. *passurus es*] in carne add. P³ cum ω^g ~ etiam] et P³ ~ sint] sunt P⁴ ~ *quia ecce missurus est om. ω^g ~ aliquos diabolus] diabolus aliquos γ ~ *vobis] quosdam add. ω^g ~ carcerem] ut tentemini *hic transposuit* P³ ~ carcerem² om. P³ ~ id est ut probemini om. P³ : id est *inter lin.* Tr ~ et habebitis tribulationem] *transposuit post diebus decem* P³ ~ quamdiu] et add. P² ~ omni tempore] omnibus diebus P⁴ ~ *hoc est om. ω^g : quod add. P³ ~ vel septem om. P³ cum ω^g ~ quibus om. P⁴ ~ observabuntur] servabuntur P³ cum ω^g ~ precepta legis] legis precepta P³ ~ omni³] toto P³ ~ vero] enim Tr

[PRIMUS] antequam non est formatus Deus et postquam non eritⁱ [FUIT MORTUUS]
 exemplum patiendi tribulationemⁱ 2,9. [SCIO] laudoⁱ [TRIBULATIONEM] ad lit-
 teramⁱ; quam tibi inferunt inimiciⁱ [PAUPERTATEM] non habens spiritum superbieⁱ
 [DIVES] in gloria beatitudinisⁱ [BLASPHEMARIS] et est confirmatio totius misericordie^{mi}
 [NON SUNT] quia factis negantⁱ 2,10. [NICHIL] premunit eumⁱ [TIMEAS] cito trans-
 ientⁱ [PASSURUS ES] in carne; sum aliquid passurus? Es, quiaⁱ [DIABOLUS] per minis-
 tres suosⁱ; deorsum ruens vel fluensⁱ [TENTEMINI] ad tempusⁱ [DECEM] diebus

2,9. et...confirmatio *om.* L 2,10. transient] transierit *a.c.* L ~ deorsum...fluens *om.*
 L ~ diebus decem *om.* P⁴

8. antequam...erit *cfr.* Is 43,10 2,9. quia factis negant = Tit 1,16

secularis bene septenario significatur, quia septem diebus transigitur. *Esto fidelis usque ad mortem*, scilicet quidquid illi inferant, tu semper esto fidelis. *Et dabo tibi coronam vite*, scilicet excellentiam beatitudinis. 2,11. *Qui habet aures*, scilicet quod uni promittit vel minatur Deus idem et consimilibus. *Qui vicerit, non ledetur a morte secunda*. Due sunt vite anime et due mortes et corporis similiter. Prima vita anime constantia in virtutibus. Secunda vita donari in vitam eternam. Prima mors anime iacere in peccatis. Secunda puniri in eternum. Prima vita corporis, coniungi anime. Secunda resuscitari ad vitam. Prima mors, dissolvi ab anima. Secunda, damnari in iudicio. 2,12. *Et angelo Pergami Ecclesie scribe*. Pergamus ‘divisio cornuum’ interpretatur. Proponuntur quippe cornua ubi aliqua significatur pugna, ut in hac Ecclesia quedam pars mala bonam impugnabat. *Hec dicit qui habet rumpbeam*. Cum dicit mandantem habere rumpbeam, id est gladium secantem et Novo et Veteri Testamento, ostendit ipsum idoneum qui secernat a bonis malos, a malis bonos, et innuit illis similiter bonum a malo secernendum, ut sequantur bonum et fugiant malum. 2,13. *Scio*. Bonis loquitur. *Ubi habitas*, scilicet in medio prave nationis. *Ubi sedes est Satane*, in quibus iam sedet et quiescit adversarius. *Et tenes nomen meum contra impugnantes, et non negasti fidem meam*, etiam in tali tribulatione que compelleret aliquem ad negandum. *Et in diebus illis*, in quo tempore inter ceteros maxime in conspectu meo vir iste claruit Antipas. Vel in diebus illis, id est in tempore tribulationis que fideles illuminat. *Ubi Satanus habitat* et ideo illum occiderunt. 2,14. *Sed habeo*. Quamvis in te predicta michi placent, *habes illic*, scilicet non expellis de Ecclesia, *tenentes doctrinam Balaam qui*

*secularis] ideo add. ωg ~ scilicet^{1]}] si P² : sed P⁴ ~ illi inferant] illis inferatur P³ ~ fidelis] usque ad mortem finem vite add. P³ ~ *tu] tamen ωg ~ beatitudinis] beatitatis P² 2,11. aures] audiat quid spiritus dicat ecclesiis add. P³ : inter lin. Tr ~ scilicet] id est α Tr ~ quod] quidquid L ~ *deus om. ωg ~ et¹] est cum P² ~ et³] due add. P³ ~ iacere] obtineri P³ cum ωg ~ mors²] corporis add. α Tr ~ dissolvi ab anima] ab anima dissolvi P⁴ 2,12. proponuntur] ponuntur P⁴ ~ aliqua om. α Tr ~ hac om. L ~ quedam] pars add. et post del. Tr ~ pars mala] mala pars α Tr ~ impugnabat] et angelo pergami id est rectori ecclesie cornua dividentis regnum diaboli repellentis et christiani plectentis add. P³ cum ωg ~ HEC] HOC L ~ habere rumpbeam] rumpbeam habere P³ ~ id est inter lin. Tr ~ secantem] iudiciariam potestatem add. P³ ~ et² om. α Tr ~ et³] ac α Tr ~ *a bonis malos] a malis bonos ωg : om. P³ ~ illis om. L 2,13. *loquitur om. ωg ~ scilicet] vel P⁴ ~ impugnantes] repugnantes P⁴ ~ claruit] inclaruit P² P³ Tr^{inter lin.} ~ claruit antipas] antipas claruit α Tr ~ in⁸] illo add. α Tr ~ illum occiderunt] occiderunt illum P³ ~ occiderunt] illum quia fuit fidelis testis meus id est mee passionis add. P³ 2,14. *in te predicta michi] in te michi predicta ωg : predicta in te michi γ Tr : predicta michi in te T ~ illic] tenentes add. M P P² P³

decemⁱ |AD MORTEM| id est usque ad exitum viteⁱ |CORONAM VITE| eternam beatitudinem vel rotundum premium perfectumⁱ 2,11. |AURES| intelligentiam cordisⁱ |AUDIAT QUID SPIRITUS| angelicusⁱ |DICAT ECCLESIIS| universaliterⁱ |A MORTE| secundaⁱ 2,12. |ANGELO| rectori Ecclesie cornua dividentis, id est regnum diaboli repellentis et Christum amplectentis^m |PERGAMI| Pergamus 'divisio cornuum', quod apte Ecclesie convenit in qua sunt boni et mali, que inter eos distantiam facit ut «confringantur cornua peccatoris et exaltentur cornua iusti»^m |RUMPHEAM| iudicariam potestatemⁱ |EX UTRAQUE PARTE| geminam mercedem retribuens vel Novo et Veteri Testamentoⁱ |ACUTAM| puniens vel secundum corpus et animamⁱ 2,13. |SCIO| bene noviⁱ |HABITAS| inter malosⁱ |SEDES| in quibus requiescit Satanusⁱ |ETⁱ| tamenⁱ |NOMEN| pertinaciam vere fideiⁱ |ANTIPAS| quando mortuus estⁱ |TESTIS MEUS FIDELIS| mee passionisⁱ |QUI OCCISUS EST APUD VOS| id est ab illisⁱ 2,14. |SED HABEO| istud placet sed hoc obstatⁱ |ADVERSUS TE PAUCA| ad comparationem virtutum que sunt in teⁱ |TENENTES| in membris tuisⁱ |BALAAM| 'vanus populus'ⁱ

perfectum] scilicet *add.* P⁴ 2,11. intelligentiam cordis *om.* P⁴ 2,12. convenit] congruit P⁴ ~ sunt boni] boni sunt P⁴ ~ que] quod P⁴ ~ retribuens] retributionis P⁴ 2,13. in quibus...satanas *om.* L ~ pertinaciam vere fidei *om.* L ~ mee passionis *om.* P⁴ 2,14. PAUCA *add.* P⁴

2,12. Pergamus...iusti = Haimo, *ExpApC*, PL 117, col. 972B ~ confringantur...iusti = Ps 74,11 ~ iudicariam potestatem *cfr.* Beda, *ExpApC*, p. 255, r. 64

docebat Balac. Tangit nobis de veteri historia quomodo Balaam docuit Balac regem Madiam perdere filios Israel, ut peccarent in conspectu Dei, scilicet ut alliceret eos ad fornicationem et idolatriam per pulcas mulieres. Hec autem peccata reprehenduntur in aliquibus de hac Ecclesia. Potest hoc quoque per allegoriam applicari ad presentem Ecclesiam. Balaam interpretatur ‘vanus populus’, Balac ‘elidens’. Vanus enim populus, id est heretici docent principes terrenos, qui sunt elidentes, quomodo decipient Israelem, id est viros Deum videntes. Vel vanus populus dicuntur demones qui docent corpus humanum elidere et confundere in se quasdam virtutes. 2,15. *Ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolitarum*, sicut doctrinam Balaam. 2,16. *Similiter penitentiam age*, et ideo ut de illis similiter et de istis. *Si quo minus*, quia si in aliquo eorum minus feceris, *veniam tibi cito*, scilicet ut interficiam te anima et corpore, *et pugnabo cum illis in gladio oris mei*, id est Verbo Dei, dicendo illis: «Discedite a me, maledicti, in ignem eternum». 2,17. *Vincenti dabo manna absconditum*, id est Christum qui significatus fuit in priori manna, qui est verus cibus reficiens et non deficiens. Dicitur manna a manhu, id est ‘quid hoc est’; qui cum promisisset Dominus cibum filiis Israel et mane tale quid invenissent, mirantes dicebant: «manhu», scilicet «quid hoc est?». *Et dabo ei calculum candidum*. Calculus est lapis solidus et lucidus, per quem significatur sermo divinus, qui dicitur lucidus quantum ad veritatem, solidus quia infringi non potest. Vel per calculum corpus humanum, solidum contra vitia, lucidum multiplicitate

balac^{1]}] mittere scandalum coram filiis israel edere et fornicari *add.* P³ ~ nobis *om.* α Tr ~ docuit] doceret α Tr ~ balac^{2]} balath P² ~ hac ecclesia] ecclesia hac α Tr ~ potest] pertinet m ~ hoc] hec M P ~ applicari *om.* α Tr ~ enim] autem L P³ ~ id est¹ *om.* α Tr ~ heretici] dicuntur qui *add.* α : *inter lin.* Tr ~ israelem] israel P² ~ viros *inter lin.* Tr ~ dicuntur] dicantur L^{a.c.} P⁴ P³ ~ *quasdam] quascumque ω^g 2,15. tu *om.* P² T Tr ~ tenentes] tenentes P ~ nicolitarum] hereticorum *add.* P³ *cum* ω^g ~ balaam *in marg.* Tr 2,16. et² *om.* P³ ~ de² *om.* P⁴ ~ quia] id est α Tr ~ *eorum] istorum ω^g : *om.* P³ : horum α Tr ~ minus] comminus P⁴ P³ ~ interficiam te] te interficiam α Tr ~ te] in *add.* γ P² P³ ~ anima et corpore] corpore et anima L ~ id est] scilicet α Tr : *om.* P² ~ illis *om.* α Tr ~ *discedite] ite ω^g ~ *a me *om.* ω^g ~ eternum] qui habet aures audiat quid spiritus sanctus dicat ecclesiis *add.* P³ 2,17. *id est...deficiens *om.* ω^g ~ manna] me ipsum *add.* P³ ~ christum *om.* P³ ~ est verus] verus est α Tr ~ dicitur] etiam *add.* α Tr ~ manna a *inter lin.* Tr ~ hoc est] est hoc γ P² P³ ~ qui³] quia P³ ~ cibum filiis israel] filiis israel cibos α Tr ~ et²] in *add.* P³ *cum* ω^g ~ quid] aliquid γ ~ scilicet] id est α Tr ~ hoc est] est hoc γ P³ ~ *EI] ILLI ω^g ~ est⁷ *om.* P² ~ infringi] confringi P³

2,16. Discedite...eternum = Mt 25,41

[BALAC] ‘elidens’ⁱ [MITTERE SCANDALUM] idolatria est fornicatio spiritualisⁱ [CORAM FILIIS ISRAEL] «perdidisti – inquit – omnem qui fornicatur abs te»ⁱ [EDERE] de idolotitisⁱ [ET FORNICARI] realiter vel spiritualiterⁱ 2,15. [NICOLAITARUM] hereticorumⁱ; Nicolaus fuit quidam qui duxit uxorem et eam dimisit propter avaritiam et ideo docuit alios ut communes haberent uxores^m 2,16. [SIMILITER] sicut aliis episcopusⁱ [VENIAM] ut evellam te de sede tuaⁱ [PUGNABO] id est damnabo eos vel devincamⁱ [GLADIO] iudicio vel predicatione alterius predictoris qui erit os meumⁱ [ORIS MEI] presentie meeⁱ [QUI HABET AURES] cordisⁱ [AUDIAT QUOD SPIRITUS DICAT] promittatⁱ [ECCLESIA] 2,17. [MANNA ABSCONDITUM] sapientia Dei que bene abscondita dicitur infidelibus, scilicet secundum quod dicitur: «Confitebor tibi Pater celi et terre qui abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis». Vel *manna absconditum*, id est me ipsum qui sum panis vivus qui de celo descendit, quod manna, etsi nunc manet absconditum, tunc erit manifestum. *Et dabo illi calculum*

2,16. de] a P⁴ ~ devincam] vindicam P⁴ ~ presentie mee *om.* P⁴ 2,17. vel manna absconditum...descendit *om.* P⁴ ~ et⁴] vel L

2,14. perdidisti...abs te = Ps 72,27 2,16. evellam...tua *cfr.* Is 22,19 ~ erit...meum *cfr.* Ier 15,19 2,17. Confitebor...parvulis = Mt 11,25 *et* Lc 10,21 ~ Vel manna...manifestum = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 975B-C ~ etsi...manifestum *cfr.* Mt 10,26 *et* Lc 8,17 ~ panis vivus...descendit = Io 6,51 ~ Et dabo illi... vocetur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 975D-976A

virtutum. Habent alie translationes: *carbunculum* vel *carbonem*, sed idem semper significatur. *Et in calculo nomen novum scriptum*, id est Filius Dei. *Quod nemo scit nisi qui accipit*, quod nomen nemo plene cognovit secundum suam proprietatem, nisi qui accipit calculum, id est nisi in quo habitat sermo divinus. 2,18. *Et angelo Thyatire Ecclesie scribe*. Scribit episcopo huius Ecclesie sicut et ceteris, sive omnia dicendo de subditis sive etiam aliqua in propriis personis eorum. Thyatira interpretatur ‘inflammata’, quia in hac quidam inflammati sunt, scilicet etiam quidem mali. *Hec dicit Filius Dei*, premittit ut ostendat idoneum mandantem *qui habet oculos ut flammarum*, qui oculi sunt ut flamma. 2,19. *Novi opera tua*, approbando castitatem tuam et cetera bona opera quantum ad te ipsum et fundamentum operum, scilicet *caritatem*, et fundamentum caritatis, scilicet *fidem*. Precedit enim fides, videlicet ut credat, deinde ut amet credita, post hec bona opera; et hec dicit caritatem et fidem *et ministerium*, quantum ad veros proximos. Quasi veris christianis, que poteras non negasti, *et patientiam tuam*, quia etiam hostes patienter sustinuisti, *et opera tua novissima*, id est tam caritatem quam cetera bona, novi semper in te ampliari. 2,20. *Sed habeo*. Predicta placent, sed istud displicet *quia permittis mulierem Iezabel*, non eiciendo, non excommunicando. Iezabel interpretatur ‘fluens’ vel ‘fluxus sanguinis’ sive ‘sterquilinium’ propter nimiam immunditiam. Et fuit uxor Acab vel etiam

*carbunculum] vel carbunculum christum qui inter huius seculi tenebras quando verbum caro factum est et habitavit in nobis et bene candidum quia sine peccati obfuscatione apparuit calculus id est predicatione evangelii per quam nuntiabitur inter sanctos antiqui enim nigris lapillis adversa candidis nuntiabant prospera vel me ipsum immunem a peccato add. P³ cum ω^g ~ semper om. L ~ novum] meum add. P³ ~ id est⁵] scilicet P³ cum ω^g ~ *dei christianus add. ω^g ~ plene cognovit] cognovit plene α Tr ~ 2,18. scribe] id est episcopo ecclesie a deo illuminate add. P³ ~ et² om. M ~ propriis personis] personis propriis α Tr ~ quidam] vere add. P³ cum ω^g ~ etiam quidam om. α Tr ~ mali] vel thyatira hostia unde exhibete corpora vestram hostiam videntem sanctam deo placentem vel thyatira illuminata per christum qui est lux mundi illuminans omnem hominem venientem <in hoc> mundum add. P³ cum ω^g ~ premitit] hoc add. α Tr ~ oculos] predictores add. P³ cum ω^g ~ ut²] sicut L : tamquam P³ ~ flammarum] ignis add. P² : ignis et pedes eius si miles auri calco per pedes minores add. P³ ~ 2,19. approbando] approbo α Tr ~ bona opera non legitur P³ ~ *opera²] tua add. ω^g ~ operum scilicet non legitur P³ ~ scilicet¹] id est P² : non legitur P³ ~ caritatem...caritatis om. P³ ~ scilicet²] id est α Tr ~ scilicet fidem non legitur P³ ~ videlicet] scilicet α Tr ~ deinde ut non legitur P³ ~ opera³] tua add. P² ~ et hec dicit...fidem om. P⁴ ~ hec²] hoc P² ~ fidem²] predicationem add. P³ ~ patientiam tuam post ministerium transposuit P³ ~ etiam non legitur P³ ~ id est om. α Tr ~ cetera non legitur P³ ~ *semper in te] in te semper ω^g ~ 2,20. habeo] ab eo P² : adversus te add. P³ ~ predicta] priora P³ ~ iezabel¹ om. P² P³ ~ iezabel²] id est zezabel P³ : ie-inter lin. Tr ~ sive om. L : vel P⁴ ~ sterquilinium] sunt qui liniunt L ~ acab] acaz P⁴*

id est illum carbunculum quod inter huius seculi tenebras refulsit quando «Verbum caro factum est et habitavit in nobis». Et bene *candidum*, quia sine peccati obfuscatione apparuit, vel et in calculo *nomen meum novum scriptum*, id est nomen christianum prius inauditum. In calculo habet hoc nomen quia a Christo christianus vocatur, quod nemo scit digne nisi qui accipit, id est nisi predestinatus fuerit ut iure christianus vocetur^m |ABSCONDITUM| me qui fui absconditus in manna, vel absconditum «quod oculus non vidit et auris non audivit»ⁱ |CALCULUM| divinitas manna, calculus humanitasⁱ |CANDIDUM| candidos faciensⁱ |CALCULUM| id est predicationem Evangelii per quam numerabitur inter sanctos; antiqui enim nigris lapillis adversa, candidis numerabant prospera; vel me ipsum immunem a peccato^m |ACCIPIT| ipsum Christum vel doctrina eiusⁱ 2,18. |ANGELO| episcopo Ecclesie a Deo illuminate, adhuc tamen reprehensibili propter pigritiamⁱ |THYATIRE ECCLESIE| Thyatira hostia, unde «Exhibete corpora vestra hostiam viventem», vel Thyatira illuminata et per eam notatur universa Ecclesia illuminata per Christum qui est «lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum»^m |OCULOS| predicatoresⁱ |QUI HABET PEDES| minoresⁱ 2,19. |NOVI| diligoⁱ |OPERA TUA| elemosinasⁱ |CARITATEM| dilectionem Dei et proximiⁱ |FIDEM| in operibus habitamⁱ |MINISTERIUM| predicationemⁱ |PATIENTIAM| in ministerio vel in tribulationibusⁱ |PLURA| quia proficis de virtute in virtutemⁱ |PRIORIBUS| ideo *novi* quia elemosine |OPERA TUA NOVISSIMAⁱ 2,20. |ADVERSUM TE| talis es, sed solam in te tamen culpo taciturnitatemⁱ |IEZABEL| quosdam comparabiles illi mulierⁱ; Iezabel 'fluxus sanguinis' vel 'sterquilinium' interpretatur, quia cum mens flammas libidinis interius auget, totus, ut ita dixerim, humor pariter liquecit et ex ipsis perpetrate luxurie inquinamentis male opinionis longe lateque fetorem dimittit. Iezabel uxor Acab regis Israel idolatra fuit et fornicaria que etiam servos Dei insecura est^m

vel² om. P⁴ ~ vocatur] nominatur P⁴ ~ divinitas...humanitas om. L ~ humanitas correxi : humanitatis P⁴ ~ CANDIDUM] id est add. P⁴ ~ me³] et add. P⁴ 2,18. thyatira hostia...mundum om. P⁴ ~ OCULOS] id est add. P⁴ 2,19. predicationem om. L ~ ministerio] misterio codd. ~ |PATIENTIAM| nomen christianus vel nomen ipsius christi id est filius dei prius ignotumⁱ apud PATIENTIAM P⁴ sed recte apud NOMEN NOVUM (cfr. Apc 2,17) 2,20. tamen post talis es P⁴ ~ iezabel fluxus...insecura est om. P⁴

17. Verbum...nobis = Io 1,14 ~ quod oculus...audivit = I Cor 2,9 2,18. Thyatira hostia...viventem = Beda, *ExpApc*, p. 259, rr. 98-100 ~ Exhibete...viventem = Rm 12,1 ~ vel Thyatira....mundum = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 976C-D ~ qui est lux...mundum = Io 1,9 2,20. Iezabel fluxus sanguinis...fetorem dimittit = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 979A-B ~ Iezabel uxor...insecura est = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 977D

huius episcopi vel si hoc non esset suum nomen, sic tamen vocanda est propter immunditiam. Possunt enim nostro tempore omnes illi Iezabel vocari qui dediti immunditiis fornicationem predican et comeditionem idolotitorum. 2,21. *Propheten*, secreta divina videntem, quid permittis eam docere et seducere servos meos fornicari sive cum mulieribus sive quoquo modo cum demone, recedendo a Deo. 2,22. Ecce, et quia non vult, ecce mitto eam in lectum, id est in securitatem peccandi. Habet alia translatio: mitto eam in luctum, id est in perpetuum dolorem. Idem significatur nobis per luctum. Et qui mechantur cum ea, id est qui implet quod illa docet. Hoc dicitur de contemporaneis. 2,23. Et filios eius, id est sequaces ipsius ut qui etiam modo imitantur eam, interficiam in mortem, perpetua damnatione, et scient omnes Ecclesie, et de quo quidam adhuc minus sentiunt, quia non statim punio impios, tandem manifeste scient, cum donabo singulos secundum propria merita. Scrutans, cognoscens et diligenter perspiciens, renes, carnalia opera, et corda, cogitationes et concupiscentias. Malis sic minor. 2,24. Vobis autem dico ceteris, id est longe diversis a

suum nomen] nomen suum P ~ enim] in add. P³ ~ illi om. P³ ~ iezabel^{3]} zezabel P² ~ idolotitorum] se dicit zezabel add. P² : et que sunt sacrificia demonum add. P³ : idolatrorum T^{a.c.} Tr 2,21. PROPHETEN] PROPHETAM P⁴ P² ~ secreta divina] divina secreta P² P³ ~ fornicari] fide et manducare de idolotita fornicatio quadriformis est prima in deo unde qui viderit mulierem ad concupisendum eam iam mechatus est eam in corde suo secunda cum voluntas perficitur unde fugite fornicationem omne enim peccatum quod fecerit homo extra corpus est qui <au>tem fornicatur in corpus suum peccat tertia cum simulachra pro deo excoluntur unde ierusalem per prophetam mechata est cum ligno et lapide quarta cum terrene divitie immodice coluntur add. P³ cum ω^g ~ recedendo a deo om. o Tr : a deo recedendo P² : et dedi illi tempus ut penitentiam ageret et non vult peniteri a fornicatione sua add. P³ 2,22. ecce om. L ~ vult] vidit P² ~ lectum] doloris eterni add. P³ cum ω^g ~ id est¹ om. P² P³ ~ significatur nobis] nobis significatur α Tr ~ nobis per luctum] per luctum nobis P³ ~ *luctum] lectum ω^g γ (P^{b.c.}) : et per lectum add. P³ ~ mecantur] mecabantur T^{a.c.} Tr : tribulationem maximam nisi penitentiam <...>ibus suis add. P³ ~ implet] ea add. P³ ~ quod] que P³ ~ illa docet] docet illa γ : et add. L ~ hoc] hec α Tr ~ dicit] dicitur L P³ ~ contemporaneis] temporaneis P² 2,23. ipsius] eius L ~ ut del. T ~ etiam om. P³ ~ illam γ ~ mortem] id est add. L : non legitur P³ ~ omnes] fi<...> add. sed non legitur P³ ~ et de quo quidem om. P³ ~ *quidam adhuc] adhuc quidam ω^g ~ non statim non legitur P³ ~ manifeste] add. aliqua verba quae non leguntur P³ ~ manifeste scient] scient manifeste L ~ scient cum non legitur P³ ~ donabo] dabo P² ~ singulos] singulis P³ T^{b.c. a.m.} ~ propria om. L ~ propria merita] merita sua P^{a.c.} perspiciens] <perspic>it P³ : perspiciens T ~ renes post scrutans transposuit P³ ~ cogitationes et concupiscentias om. L ~ concupiscentias] et dabo unicuique vestrum secundum <opera sua> add. P³ ~ minor] minatur P² 2,24. dico¹ inter lin. Tr

2,21. [DOCERE] quantum ad stultosⁱ [SEDUCERE] seorsum a veritateⁱ [FORNICARI] in fideⁱ; Fornicatio quadriformis est. Prima in animo, unde: «Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, mechatus est in corde suo», secunda cum voluntas persistitur, unde «Fugite fornicationem. Omnem enim peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpore peccat». Tertia cum simulacra pro Deo excoluntur, unde «Ierusalem per prophetam mechata est cum ligno et lapide». Quarta cum terrene dvitie immode dicte coluntur^m [ET MANDUCARE] de sacrificiis demonum vel de sua heresiⁱ [ET DEDI ILLI] id est similibus illiusⁱ [TEMPUS UT PENITENTIAM AGERET] ipsa et consimilesⁱ [ET NON VULT PENITERI A FORNICATIONE] a peccatis suisⁱ 2,22. [MITTO] permitto ireⁱ [IN LECTUM] id est in reprobum sensum vel in delectationem vitiorum^m [QUI MECHANTUR] assentatores et conformes eiusⁱ [IN TRIBULATIONE] damnationis perpetueⁱ [MAXIMAM ERUNT NISI PENITENTIAM EGERINT] scilicet abstinuerintⁱ [AB OPERIBUS SUIS] 2,23. [FILIOS] quos peperit in heresiⁱ [IN MORTEM] dicendo: «Ite in ignem eternum»ⁱ [ET SCIENT] et sic scient fidelesⁱ [QUIA SUM] quia ego sum qui sumⁱ [SCRUTANS] non quasi ignorans sed quasi intelligens aperta et occulta vel delectationes et cogitationes^{im} [RENES] luxuria et cetera corporis vitiaⁱ; vel renes luxuriosos actus infidelium in corda fidelium^{im} [CORDA] invidiam et cetera anime vitiaⁱ [ET DO] filios tamen non interficiam sedⁱ [UNICUIQUE VESTRUM SECUNDUM OPERA SUA] iuxta illud: «Unusquisque onus suum portabit»^{im}; vel dabo vobis secundum opera manifesta vel occulta. Et quid? Iustis premium laboris, impiis supplicium meroris, unde Noe, Daniel, Iob ipsi soli animas suas salvabunt, filium autem vel filiam non liberabunt^m 2,24. [VOBIS] proptereaⁱ; et dabo enim filios, tamen non interficiam sedⁱ [DICO CETERIS] diversis a complicibus Iezabeli

2,21. fornicatio...coluntur *om.* P⁴ 2,22. id est *om.* P⁴ ~ EGERINT P⁴ ~ abstinerint] abstinerunt P⁴ 2,23. ego *om.* L ~ luxuria...vitia *om.* L ~ in³ *om.* P⁴ ~ invidiam...vitia *om.* L ~ filios...sed *apud* VOBIS AUTEM (Apc 2,24) *transposuit* L ~ DO] DABO P⁴ ~ SUA] VESTRA P⁴ ~ portabit] portat P⁴ ~ vobis] unicuique P⁴ 2,24. [VOBIS] filios tamen *add.* P⁴

2,21. Fornicatio...coluntur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 978B-C ~ qui viderit...suo = Mt 5,28 ~ Fugite...peccat = I Cor 6,18 ~ Ierusalem...mechata est = Ier 3,9 2,23. Ite...eternum = Mt 25,41 ~ ego sum qui sum = Ex 3,14 ~ Unusquisque...portabit = Gal 6,5 ~ vel dabo vobis...liberabunt = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 982B ~ unde...liberabunt *cfr.* Ez 14,20

predictis, *qui Thyatire estis*, id est vere inflammati estis, vobis quidem hoc dico: *Non mittam super vos aliud pondus*, id est aliquid de institutis veteris legis, quemadmodum dicunt. Dicebant enim quidam non posse hominem salvari per solam novam legem sine circumcitione et ceteris talibus. Modo fit mutatio persone. Ac si diceret: Thyatire sunt omnes illi *quicumque non habent doctrinam hanc*, id est *qui non cognoverunt*, approbando eam, *altitudinem Satane*, id est superbiam. Quamvis ipsi dicant aliud vobis esse tenendum, 2,25. *tamen id quod habetis tenete donec veniam retribuere*. 2,26. *Et qui vicerit*, ut non cedat eis, et insuper qui *custodierit usque in finem vite opera mea*, *dabo illi potestatem super gentes*, etiam in hoc seculo quia possunt ipsos gentiliter viventes excommunicare et eternaliter damnare. 2,27. *Et reget illos in virga ferrea*, id est iustitia inflexibili, et *tamquam vas figuli confringentur*, quidam ut pereant, quidem ut melius vas fiant. 2,28. *Sicut et ego accepi a Patre meo*, secundum humanitatem. *Et dabo illi stellam matutinam*, et tandem dabo me ipsum. Stella matutina Christum significat, quia sicut illa stella et noctem illuminat et diem precedit, ita Christus et mundum illuminavit et resurrectionem communem precessit. Vel prima resurrectio stella matutina dicatur.

CAPUT III

3,1. *Et angelo Sardis Ecclesie scribe*. Sardis interpretatur ‘principium pulcritudinis’. Erant tamen in hac Ecclesia quidam qui volebant boni videri sed non

hoc *om.* P² ~ super] in L ~ *non posse hominem salvari] hominem non posse salvari ω^g ~ sine circumcitione] nisi per circumcitionem L ~ modo fit *om.* L ~ diceret] dicet P² ~ doctrinam] hereticorum add. P³ cum ω^g ~ hanc] illam T a.c. a.m. ~ id est⁴ *om.* L P³ ~ ipsi] illi α Tr ~ aliud vobis] vobis aliud P² P³ ~ aliud *om.* L ~ tenendum] utendum α Tr 2,26. ut non] non ut P² ~ et²] etiam P⁴ ~ vite *inter lin.* a.m. T ~ opera mea] mea opera P² P³ ~ illi] ei α Tr ~ super gentes *om.* γ P² ~ possunt] possit P³ ~ ipsos] eos α Tr 2,27. illos] illas P³ cum ω^g ~ quidem] quidam P³ 2,28. *sicut om.* α Tr ~ illa stella] stella illa α Tr ~ stella *om.* P³ ~ et⁴ *om.* L : id est P⁴ ~ illuminavit] illuminat L ~ resurrectionem communem] diem communis resurrectionis α Tr : resurrectionem diem communis P³ ~ prima resurrectio stella matutina] stella matutina prima resurrectio P² ~ dicatur] vocatur α Tr : qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis add. P³

3,1. *scribe*] presuli ecclesie que hic inchoatur et in futuro perficitur add. P³ ~ interpretatur principium] principium interpretatur P² ~ principium pulcritudinis] initium pulcritudinis L : pulcritudinis principium m ~ hac ecclesia] ecclesia hac P²

2,24. Dicebant...talibus *cf.* Act 15,1

|THYATHIRE ESTIS| illuminatio estis, offerendo vos sacrificium Deo et omnibus^{mi}; mutatio persone ac si diceret: Thyatire sunt omnesⁱ |DOCTRINAM| hereticorumⁱ |NON COGNOVERUNT| id est non sunt imitatiⁱ |ALTITUDINEM SATANE| altitudinem scilicet superbiam illius vel carnales observantias in quibus exaltatur Satanas^m |QUEMADMODUM DICUNT| quidam hereticiⁱ |NON MITTAM SUPER VOS ALIUD PONDUS| id est non iungam vobis carnales observantias legis cum spiritualiⁱ 2,25. |TAMEN| quamvis illi qui sunt in synagoga Satane dicant: «Non potestis salvari, nisi circumcidamini secundum legem Moysi», tamen^m |ID QUOD HABETIS| spiritualem vel fidemⁱ |TENETE| perseverandoⁱ; per internam inspirationem maiora vos doceam vel ad remuneranda merita^m 2,26. |QUI VICERIT| carnis desideriaⁱ; sub Deo premium perseverantiⁱ |IN FINEM| in perfectionemⁱ; viteⁱ |DABO| interimⁱ |POTESTATEM| remittendi peccata vel regendiⁱ |SUPER GENTES| gentiliter viventesⁱ 2,27. |VIRGA FERREA| inflexibili doctrinaⁱ; per virgam ferream Evangelium designatur sicut et per virgam ligneam lex. Nam virga lignea qua utebatur Moyses legem que ab eo data est pretendebat^m |TAMQUAM VAS FIGULI CONFRINGENTUR| mali actus eorum et sic erunt thesauri sapientieⁱ 2,28. |SICUT ET EGO| quia Pater dedit Filio, Filius apostolis regimen super gentes in virga ferreaⁱ |STELLAM MATUTINAM| me ipsum qui sum splendor future resurrectionisⁱ; stella matutina Christus est qui, nocte seculi transacta, lucem vite sanctis promittit ut lucifer promittit nobis diem^m

3,1. |ANGELO| angelus iste solam fidem sibi putabat sufficere ad beatitudinem, unde arguitur quia solo nomine christiano putat se vivere sine operibus^m |SCRIBE| presuli illius Ecclesie que hic incohatur et in futuro perficitur,

illuminatio] illuminati P⁴ ~ mutatio...omnes *om.* L ~ SUPER] IN L ~ carnales observantias] carnalem observantiam P⁴ 2,26. peccata vel regendi *om.* P⁴

2,24. altitudinem scilicet superbiam = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 982 C-D 2,25. quamvis...Moysi = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 983A ~ Non...Moysi = Act 15,1 2,26. sub Deo...perseveranti *cfr.* Mt 24,13 2,28. stella matutina²...nobis diem = Beda, *ExpApc*, p. 256 rr. 160-2

erant. *Hec dicit qui habet septem spiritus Dei et septem stellas.* Ostendit idoneum mandantem, ac si dicat bonis: Laborate, quia possum vobis retribuere; malis: Convertimini, quia aliter peribitis. *Scio opera tua,* scilicet non possunt ante me abscondi. *Scio quia nomen habes,* id est quod in operibus tuis queris humanam laudem, *et mortuus es in peccatis,* quia «qui in uno offendit, omnium reus est».

3,2. *Esto vigilans,* et ideo esto diligens et sollicitus de salute, *et confirma cetera.* Hic innuitur quod qui in aliquo criminali invenitur, perdit omnia benefacta quantum ad salvationem, cum dicit *moritura erant,* illo autem correcto, omnia simul valent ad vitam. Vigila dico: *Non enim invenio opera tua plena.* Non sunt plena opera vel quia fiunt sine caritate vel quoniam fiunt pro laude vel quia sunt associata alicui criminali *coram Deo meo.* Licet in facie hominum plena sunt, Deo tamen non sunt; et quia non sunt plena, enitere ut sint plena.

3,3. Et hoc est: *in mente ergo habe qualiter acceperis,* id est per rationem qualiter incepisti operari, *et audieris a sanctis Patribus.* Dicunt enim: «Qui in uno offendit, reus est omnium», «si caritatem non habuero, nichil sum» et similia, quia solus qui vigilat, placet michi. *Si ergo non vigilaveris, veniam tamquam fur,* scilicet ut te occidam et spoliem. Spoliatur quidem damnatus, quando virtutibus non iuvatur. *Et nescies qua hora veniam ad te.*

3,4. *Sed habes pauca nomina.* Nomina ideo dicit, quia sicut per nomina scimus proprietates

hec] hoc m ~ quidam *om.* T ~ boni videri] videri boni T ~ dei *inter lin. a.m.* T ~ septem spiritus dei et septem stellas] septem stellas dei et septem spiritus *a.c.* P ~ mandantem] qui mandet L ~ ac si] quasi α Tr ~ dicat] diceret M ~ bonis *inter lin.* Tr ~ vobis retribuere] retribuere vobis T Tr ~ convertimini *om.* P³ ~ peribitis] septem stellas ordines predictorum *add.* P³ ~ scilicet] id est α Tr ~ abscondi] et *add.* P³ ~ *SCIO² *om.* ω^g ~ *id est quod] et scio quia ω^g ~ tuis *om.* P⁴ ~ queris] amas α Tr : *om.* P³ ~ offendit] factus *add.* P³ ~ omnium reus est] reus est omnium P² : est omnium reus P³ **3,2.** *esto]* ego P² ~ moritura] mortua P³ ~ correcto] correpto T^{a.c. a.m.} Tr ~ vigil] ergo *add.* P³ ~ dico *om.* P³ ~ vel¹ *om.* α Tr ~ fiunt¹] sunt α Tr ~ quoniam¹] quia P⁴ ~ fiunt²] sunt T Tr : signant P⁴ ~ pro] humana *add.* P² ~ quia²] quoniam α Tr ~ deo¹] patre *add.* P³ ~ meo *om.* M ~ sunt³] sint L ~ deo tamen] tamen deo P³ P⁴ ~ *quia³] in mente *add.* ω^g ~ enitere] enitunt P² **3,3.** et hoc est *om.* P⁴ ~ HABE] HABETO L ~ *audieris] audisti *add.* ω^g ~ reus est omnium *cum* ω^g : omnium reus est α Tr : reus omnium est P² : est reus omnium P³ ~ similia] id est autem *add.* L ~ quia] id est α Tr ~ michi] et serva et penitentiam age *add.* P³ ~ ergo] non resipueris ad emendationem et *add.* P³ *cum* ω^g ~ tamquam] ut P² ~ fur] ad te *add.* P³ ~ *scilicet] id est ω^g ~ quando] quia T Tr **3,4.** *nomina² om.* P³ ~ scimus] accipimus P²

3,1. qui in uno...reus est *qfr.* Iac 2,10 ~ Qui in uno...omnium = Iac 2,10 **3,3.** si caritatem...sum = I Cor 13,2

que figurat universalem Ecclesiam suo nomineⁱ |SEPTEM SPIRITUS| septiformem gratiamⁱ |SEPTEM STELLAS| ordines predictorumⁱ |SCIO| non approboⁱ |QUIA NOMEN HABES| Christianus vocaris vel famam habes^m |QUOD VIVAS| unde tu putas et alii putant te vivere sed et *mortuus* |MORTUUS| in bonis operibusⁱ 3,2. |VIGILANS| quantum ad teⁱ; ideo *vigilans* dicoⁱ |CONFIRMA| alios damnatos tuo exemplo, ne pro parte malorum pereat pars bonorumⁱ |OPERA TUA PLENA| beneplacitaⁱ |CORAM DEO MEO| Patre meoⁱ 3,3. |HABE| recordareⁱ |ACCEPERIS| fidem in baptismateⁱ |AUDIERIS| a predictoribusⁱ |ET SERVA| sicut accepistiⁱ |ET PENITENTIAM AGE| de pretermissisⁱ |VIGILAVERIS| resipueris ad emendationemⁱ |VENIAM| accepturus ultiōnem^{im} |TAMQUAM FUR| occultus quantum ad corpus^{im} |QUA HORA| perpetuali damnationeⁱ 3,4. |SED HABES| quamvis in persona tua sis vituperandus, tamen in membris es laudandus aliquantisperⁱ |PAUCA NOMINA| pau-

3,1. figurat] significat P⁴ ~ SCIO] id est add. P⁴ ~ in bonis operibus om. P⁴
 3,2. quantum ad te om. P⁴ ~ damnatos tuo exemplo] tuo exemplo damnatos P⁴ ~ ideo vigilans dico om. L 3,3. recordare om. P⁴ ~ de pretermissis om. L ~ perpetuali] perpetua P⁴

rerum, ita Dominus novit omnia facta et proprietates quasi per nomina. *In Sardis.* Qui vere sunt Sardis, quia iam vere incipiunt esse pulcri. *Qui non inquianaverunt,* criminali macula vel facta lacrimis deleverunt. *Vestimenta sua,* immortalitatem et innocentiam quibus vestiuntur in baptismo. Pannus enim ibi dat istas vestes. *Et ambulabunt mecum in albis,* de virtute in virtutem, mecum, id est sicut et ego feci. *In albis,* id est vestiti innocentia et immortalitate. 3,5. *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis,* et non solum illi qui semper boni permanerunt, sed similiter qui aliquando malus fuit, si vicerit. *Et non delebo nomen eius de libro vite.* Liber vite prescientia dicitur divina, in qua secundum suam eternitatem nichil ascribitur vel inde deletur, sed hoc secundum presentem statum cuiusque, ut si quis in bono se habeat dicitur ascriptus in libro vite, si ad malum se habeat, dicitur deletus de libro vite. *Et confitebor nomen eius coram Patre meo,* dicendo: Venite, benedicti, vel remunerando secundum placitum Dei. *Et coram angelis eius,* ut gaudeant angeli de consortio eorum. 3,7. *Et angelo Philadelphia Ecclesie scribe.* Philadelphia ‘amor fratris’ interpretatur: erat quippe fraternus amor in hac Ecclesia. Sicut et in aliis ostendit idoneum mandantem, qui talia mandet. Cum enim commoneat eos laborare ad conversionem fratrum et promittat se eis inde donaturum, premittit quia verus est, unde scire possunt quia confitendis dabit sicut promittit; et quod dare possit presignificat, ubi dicit: *Qui habet clavem David,* etc. *Hec dicit sanctus.* Premissa probatione quod verus sit, quia factus est sanctus et verus in promissa.

quasi *om.* *P⁴* ~ *vere om.* *α Tr ~ sua]* id est *add.* *P³ cum ω^g* ~ pannus...vestes *om.* *α Tr ~ ibi dat]* intendit *P²* ~ in *albis¹*] et ideo ambulabunt *add.* *L : om.* *P² ~ virtutem]* meam *add.* *L ~ mecum² om.* *P ~ et ego om.* *P⁴ ~ albis²]* vestibus *add.* *α Tr ~ id est vestiti]* vestiti id est γ ~ vestiti *inter lin.* *Tr ~ immortalitate]* quia digni sunt *add.* *P³ 3,5. vestimentis]* dupli stola anime et corporis *add.* *P³ ~ semper om.* *α Tr ~ *boni permanerunt]* permanerunt boni ω^g ~ prescientia] dei *add.* *T : presentia a.c. a.m.* *Tr ~ secundum sua divinitatem]* sua divinitate *T ~ eternitatem]* divinitatem *α Tr ~ sed]* dicuntur *add.* *P³ cum ω^g ~ hoc]* hec *P³ cum ω^g ~ in bono om.* *L ~ in bono se habeat]* se habeat in bono *α Tr ~ si³...vite⁴ om.* *P³ Tr^{p.r.} ~ nomen eius coram patre meo om.* *α Tr ~ dicendo]* dicit dominus *P² ~ benedicti]* et cetera *add.* *P³ ~ eius³]* dei *α Tr ~ *consortio eorum]* eorum consortio ω^g : qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis *add.* *P³ 3,7. fraternus amor]* amor fraternus *α Tr ~ hac ecclesia]* ecclesia hac *α Tr ~ et² om.* *L ~ commoneat]* commonet *p.c. a.m.* *T ~ fratrum om.* *T ~ promittat]* promittit ω^g *α Tr ~ se]* tantum *add.* *P⁴ ~ eis ante premittit transposuit L : eos P² ~ donaturum]* daturum *L P³ : om.* *P⁴ : aliquos add.* *P³ cum ω^g* : premium optimum *add.* *m ~ quia²]* qui *add.* *T ~ confitendis]* convertendos *P³ cum ω^g ~ presignificat]* prefigurat *P³ ~ etc. om.* *Tr ~ probatione]* probatio *P³ cum ω^g ~ quod²]* iussit *add.* *P⁴ ~ verus sit om.* *P⁴ ~ *factus om.* *ω^g ~ *est sanctus]* sanctus est ω^g ~ sanctus] in operibus *add.* *P³ cum ω^g*

cos nominatissimosⁱ |VESTIMENTA SUA| operationes suas et puritatem quam in baptimate acceperuntⁱ; pannus enim ibi dat istas vestesⁱ |AMBULABUNT| promovebuntur in meliusⁱ |MECUM| sicut scriptum est: «Volo Pater ut ubi ego sum, ibi sit et minister meus»ⁱ |IN ALBIS| in incorruptione corporis et animeⁱ 3,5. |QUI VICERIT| quemadmodum dixiⁱ |VESTIMENTIS ALBIS| dupli stolaⁱ |NON DELEBO| scribamⁱ |NOMEN| merita suaⁱ |DE LIBRO VITE| sicut videatur in visu hominum quod sit scriptum in libro vite, sic faciam ut sit in re^m |CONFITEBOR| non dicam: «Nescio vos»ⁱ |CORAM ANGELIS| coram universa collectione fideliumⁱ 3,6. |QUI HABET AURES| intelligibilesⁱ |AUDIAT QUOD SPIRITUS| sanctusⁱ |DICAT ECCLESIIS| universaliterⁱ 3,7. |ANGELO| presuliⁱ |PHILADELPHIE| conservantium se hereditatem Deoⁱ; Philadelphia iuxta Bedam ‘dilectio fraterna’ est et per hoc notatur universalis Ecclesia que dilectioni Dei et proximi se mancipat. Vel secundum beatum Ambrosium ‘salvans hereditatem’ dicitur et hoc convenit universalis Ecclesie que se salvat fide et opere. Ipsa autem est hereditas Domini, secundum quod dicitur: «Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam»^m |HEC DICIT| premissa probatio quod iussit quia sanctus estⁱ |SANCTUS| in operibusⁱ |VERUS| in promissisⁱ

3,4. operationes...acceperunt *bis repetitur in P⁴* 3,6. AURES intelligibiles] AUREM intelligibilem P⁴ 3,7. hereditatem tuam *om.* P⁴ ~ premissa...est *om.* L

3,4. Volo...meus = Io 12,26 et Io 17,24 ~ Nescio vos = Mt 25,12 3,7. Philadelphia...hereditatem tuam = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 989C ~ Postula...tuam = Ps 2,8

Qui habet clavem David. Ostendit quod possit implere promissa qui habet potestatem, quam habemus per clavem, scilicet carnem sumptam a David vel potestatem aperiendi David et ceteros prophetas. *Qui si aperit vel corda vel Scripturas, et nemo claudit,* illis nullus claudere potest; si *claudit,* nullus aperire potest. 3,8. *Scio, approbo, opera tua,* et ideo *dedi ecce coram te ostium,* vel corda prius clausa vel clausulas Scripturarum. *Quia modicam,* id est humilem, *virtutem habes et servasti verbum meum,* id est predicationem meam. *Et non negasti,* etiam in angustiis, *nomen meum,* et quia talis es 3,9. *ecce dabo tibi de synagoga Satane, qui dicunt se Iudeos esse.* Hoc nomen perdiderunt Christum negantes Filium Dei, dum dixerunt: «*Nos nescimus te,* sed *mentiuntur.* Convincuntur hoc probare quibusdam similitudinibus, *et faciam illos ut veniant ad fidem et adorent,* venerentur doctores, ut Ioseph fratres sui, *ante pedes tuos,* parati imitari opera tua vel ultimos fideles. Et *scient quia ego dilexi te.* Dum sunt extra Ecclesiam, nesciunt Deum diligere nec fideles suos, quoniam patitur eos tribulari, reducti ad fidem etiam idem predican. 3,10. *Quoniam servasti verbum patientie mee,* id est ea que narrantur de patientia mea, ut etiam diligent inimicos exemplo mei. Sicut in sequentibus visionibus, sepe in sexto notat aliquid de tribulatione futura novissimis temporibus, ita hic in sexto angelo, in qua tribulatione quidam Iudei

CLAVEM] CLAVES P⁴ ~ possit] potest P³ ~ qui⁴] quia P³ ~ habet³] claves id est add. P³ cum ω^g ~ *potestatem quam habemus per clavem om. ω^g ~ quam habemus per clavem om. P² ~ quam] quod M P ~ scilicet] secundum add. α Tr ~ *sumptam om. ω^g ~ a inter lin. Tr ~ et⁷ om. α Tr ~ illis nullus claudere potest om. α Tr P³ ~ *si...potest om. ω^g ~ si² om. P³ ~ claudit] infidelibus add. P³ ~ nullus] nemo P² 3,8. scio] id est add. M ~ dedi ecce] ecce dedi α (dedi inter lin. Tr) ~ ostium] apertum quod nemo potest claudere add. P³ ~ clausulas] clausuras P³ cum ω^g ~ quia modicam id est humilem virtutem] id est humilem virtutem quia modicam P³ ~ id est¹ om. L ~ *humilem] te facis add. ω^g ~ *id est² om. ω^g ~ non inter lin. Tr ~ etiam in angustiis om. P³ ~ meum] te esse christianum add. P³ 3,9. esse] et non sunt add. P³ ~ christum negantes] negantes christum P² P³ ~ christum] et add. P³ ~ nos] hoc P³ ~ convincuntur] cum nituntur P³ cum ω^g ~ hoc²] hec M : hic P P² m ~ hoc probare] probare hoc P⁴ ~ similitudinibus] simulationibus P³ cum ω^g ~ tuos] id est add. γ ~ parati imitari] imitari parati T ~ fideles¹] vel consimiles add. P⁴ : tuos add. P³ ~ EGO om. P⁴ ~ nec om. P³ cum ω^g ~ suos] sui P⁴ ~ etiam om. P³ ~ idem inter lin. a.m. P⁴ 3,10. servasti inter lin. Tr ~ servasti verbum patientie mee] verbum patientie mee servasti P³ ~ mei] verbum patientie mee id est patientie qua in cruce pro vobis orando etiam pro inimicis add. P³ ~ *sexta¹] sexta ω^g : ordine add. P³ ~ in sexto notat aliquid] aliquid notat in sexto T : in sexto aliquid notat α Tr ~ futura] in add. P³ cum ω^g ~ qua tribulatione iudei] iudei qua tribulatione Tr ~ quidam iudei] iudei quidam α Tr ~ iudei om. P⁴

3,9. ut Ioseph fratres sui cf. Gn 42-45

|QUI HABET CLAVEM DAVID| potestatem prophetarum vel carnem de genere Davidⁱ |QUI APERIT| prophetias fidelibusⁱ |ET NEMO CLAUDIT| infidelibusⁱ 3,8. |SCIO| diligoⁱ |DEDI| reseraviⁱ |OSTIUM APERTUM| scientiam prophetarum que sunt ostium infidelibus clausum, tibi vero apertum^m |QUOD NEMO POTEST CLAUDERE| illi cui ego aperioⁱ |NOMEN MEUM| Dominus nomen illiⁱ; te esse Christianumⁱ 3,9. |DABO| ad hoc ut convertanturⁱ |TIBI| quosdamⁱ |SYNAGOGA| id est convertam quosdam de Iudeis qui adhuc sunt synagoga Sataneⁱ |IUDEOS ESSE| confitentesⁱ |ET NON SUNT| factis negantⁱ |MENTIUNTUR| abrenuntiantes operibusⁱ |FACIAM| spirituali persuasione cogamⁱ |AD FIDEM| gressibus fideiⁱ |ADORENT| id est imitentur vestigia tua cum operatione^m |ET SCIENT| quia tunc aperiam illis sensus ut consentiant veritati^m

3,8. esse *om.* P⁴ 3,9. id est¹ *om.* P⁴

3,8. Dominus nomen illi = Ps 67,5

per predicationem Helie legem spiritualiter intelligent et salvabuntur; et quia servasti *et ego servabo te ab hora temptationis*, ne noceat tibi, 3,11. *veniam*. Quasi dicat: Sed quis poterit tamdiu pati? Ne diffidas succumbens, ego cito succurrarum tibi; et hoc dicit: Veniam tibi cito. Interim *tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*, id est nullus inducatur in locum tibi deputatum, sicut gentes in locum Iudeis promissum. 3,12. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei*, sustentamentum aliorum. *Et foras non egredietur amplius*, id est non recedet amplius a Domino. Filius iunior qui devorata substantia sua cum meretricibus, postquam receptus fuit a patre, noluit regredi ad priorem vitam, significat nobis gentilem populum qui, prius separatus a Deo morte vituli saginati, id est passione Christi, Deo reconciliatus non exibit amplius. *Et scribam super illum*, id est ut in ipso patens sit et exemplum ceteris, *nomen Dei mei*, quia Deus vocabitur, *et nomen civitatis Dei mei*, id est visio pacis dicetur, et hec civitas erit bene munita virtutibus *nove Hierusalem*, in qua nichil remanet vetustatis, sed vera visio pacis. *Que descendit de celo, de consortio celestium. A Deo meo, Deo mittente virtutes, et nomen meum*, id est Filius Dei. Christianus enim gratia unctus. *Novum quod non habet ab Adam*. 3,13. Qui habet *aures*, quod uni dico, omnibus dico. 3,14. *Et angelo Laodicie Ecclesie scribe*. Laodicia ‘vomitus’ interpretatur. Erant enim quidam in hac Ecclesia tepidi. Tepidi sunt illi qui tenent aliqua instituta cessantes a malo et hec iudicant sufficere. Et ideo

per om. L ~ per predicationem] predicatione P⁴ P² ~ legem spiritualiter] spiritualiter leges P² ~ et² om. m ~ *servasti] illud add. ω^g ~ tibi] ab hora temptationis que ventus est in orbem universum id est super ecclesiam universalem temptare id est probare habitantes in terra id est in ecclesia add. P³ ~ tibi] et add. α Tr 3,11. *VENIAM] ECCE VENIO ω^g ~ *quasi dicat om. ω^g ~ dicat] diceret M P ~ cito¹] et add. P³ ~ succurrarum] occurram P⁴ ~ *et hoc...tibi cito om. ω^g ~ veniam tibi] ecce venio P³ ~ cito²] quia add. P² : tene quod habes tu add. α Tr ~ in² om. P³ cum ω^g ~ iudeis] iudeorum P³ 3,12. columnam] id est add. P³ ~ mei¹] id est add. α Tr : scilicet ideo P² ~ sustentamentum] sustentationem L : sustentatorem P⁴ ~ recedet] et add. P⁴ ~ *id est¹ om. ω^g ~ a domino non legitur P³ ~ devorata substantia sua] devoravit substantiam suam α Tr ~ sua om. P² P³ ~ receptus fuit] receptus est α Tr ~ regredi ad non legitur P³ ~ *regredi] egredi ω^g ~ nobis om. α Tr ~ populum qui prius non legitur P³ ~ deo¹] domino P² ~ id est³ om. α Tr ~ *exemplum] sit add. ω^g ~ et nomen non legitur P³ ~ *id est⁴ om. ω^g ~ dicetur...erit non legitur P³ ~ *hec civitas erit] erit hec civitas ω^g ~ in qua nichil non legitur P³ ~ sed] est add. P³ ~ a deo meo non legitur P³ ~ dei non legitur P³ ~ enim] scilicet P³ cum ω^g ~ unctus] vincitus P³ ~ novum] nomen P³ ~ non nichil P³ ~ habet non legitur P³ ~ non⁴ om. P⁴ 3,13. aures] audiat quid Spiritus dicat <ecclesiis> add. P³ ~ quod...dico¹ om. P³ 3,14. scribe] tum dicit <...> add. sed non legitur P³ ~ enim¹ om. P³ ~ laodicia] laudatia P⁴ ~ in hac ecclesia tepidi] tepidi in hac ecclesia P⁴ P² ~ hac ecclesia] ecclesia hac α Tr ~ hec¹] hoc P³ cum ω^g ~ *iudicant] sibi add. ω^g

3,10. |TEMPTATIONIS| ne cedat temptationibus in presenti tempore vel in die iudicii quando facta singulorum discutienturⁱ |QUE VENTURA EST IN ORBEM UNIVERSUM| super Ecclesiam universaliterⁱ |TEMPTARE| probareⁱ |HABITANTES| vel querentes terrenam hereditatemⁱ |IN TERRA| in Ecclesiaⁱ 3,11. |ECCE VENIO| absque moraⁱ; sed ne timeas quia venio auxiliatus te, vel quia illa hora non est remota^{im} |TENE QUOD HABES| bonum ne desistasⁱ |ACCIPIAT| absque te habeatⁱ |CORONAM TUAM| premium quod accepturus esⁱ 3,12. |COLUMNAM| infrangibilem a vitiis in hoc mundo ponam columnamⁱ |IN TEMPLO| in eternitate vel Ecclesiaⁱ |DEI MEIⁱ| Patrisⁱ |EGREDIETUR| ut malus angelus vel Adamⁱ |SCRIBAM SUPER ILLUM NOMEN DEI MEI| Filius Dei vel nomen eternitatisⁱ; scribam super eum nomen Dei mei, id est faciam illum vocari Filium Dei non per naturam sed per adoptionem vel hoc nomen Dei quod est eternum^m; Nomen ergo Dei, quod est eternum, super unumquemque iustum scribitur, quando ei eternitas cum Domino permanendi largitur. *Et nomen civitatis*, nova Ierusalem illa est, que non ex lapidibus sicut vetus, sed ex sanctis hominibus cotidie edificatur. Ierusalem autem ‘visio pacis’ interpretatur, id est ‘visio Dei’. Nomen igitur Ierusalem super unumquemque ponitur electum, dum ei conceditur ut Deum sine fine videre mereatur. Vel nomen super eum scribitur, cum ipse sit Ierusalem in quem Deus regnare dignatur, in societate videlicet omnium electorum qui celestis Ierusalem vocantur^m |ET NOMEN CIVITATIS| quia unusquisque electus erit civis illius civitatis et inde habebit nomen, scilicet a civitate Ierusalem, scilicet civis. Vel videns pacem, quia Ierusalem interpretatur ‘visio pacis’ |DESCENDIT DE CELO| a patre lumenⁱ |NOVUM MEUM NOVUM| secundum humanitatem in qua et mori voluit et a mortuis resurrexitⁱ 3,14. |ANGELO| rectori illorum qui sunt digni amicitia Deiⁱ

3,10. tempore] ante tibi maxime *add.* P⁴ 3,11. absque mora *om.* P⁴ ~ absque te habeat *om.* L 3,12. in eternitate vel ecclesia *om.* L ~ quod²] quia P⁴ ~ civitatis¹] eius *add.* P⁴ ~ igitur] ergo P⁴ ~ ierusalem⁵ *om.* L

3,12. nomen...eternum *cfr.* Ex 3,14-15

fiunt torpentes noluntque in aliquo bono opere laborare. *Hec dicit*, quia dicturus erat rem mirabilem quod tepidi excommunicandi et de ore suo eiciendi essent, qui ab hominibus boni credebantur, premitt se veracem esse, ut et in hoc sibi credendum videatur. *Amen*, id est veritas: per ipsum enim omnia Patris promissa impletur. *Testis fidelis*, quia ecce que audivit a Patre nota fecit nobis, vel testis operum nostrorum apud Deum, *et verus* in omnibus verbis suis. *Qui est principium creature Dei*, sive prime creationis sive creationis ad iustitiam, ex quo si velint resipiscere, potest eos iustificare. 3,15. *Scio opera tua*. Non me latent, *quia neque frigidus es neque calidus*. Frigidus est qui aperte turpiter agit vel qui fidem non recipit. *Neque calidus*. Calidus est qui fervet dilectione. *Utinam frigidus esses aut calidus*. Non ideo quod frigidum sit bonum, sed quia citius veniunt ad bonum, quia nichil de se confidunt. 3,16. *Sed quia tepidus es*, scilicet fide recepta torpes et pigritaris operari, *incipiam* per excommunicationem *te emovere ex ore meo*, id est a consortio fidelium removere per predicatoros meos qui dicuntur *os*, quia per ipsos loquitur Deus. 3,17. *Quia dicas quod dives sum*, purgatus in baptismo vel dives in scientia, *et locupletatus* per opera aliqua et ideo sufficiens videtur, *et nullius egeo* et ideo iam nullam sibi necessariam virtutem, *et nescis quia tu es miser*, id est non sufficiens ad salutem per ea que habes, *et miserabilis*, quia tu ipse ignoras miseriam tuam. *Et pauper a bonis operibus*, *et cecus*, quia non vides te insufficientem, *et nudus a veste immortalis*

torpentes] quia add. P³ ~ bono *non legitur* P³ ~ erat rem *non legitur* P³ ~ eiciendi] proiciendi α Tr : reiciendi P² ~ hominibus] omnibus P² ~ et⁵ om. P⁴ ~ et in hoc om. P³ ~ hoc] hec M P Tr : his m ~ sibi credendum videatur] credendum sibi esse T ~ patris promissa] promissa patris L ~ ecce om. α Tr ~ audivit] audivi P⁴ ~ fecit] feci P⁴ ~ vel testis...apud deum om. L ~ qui³] quod m ~ quo] hoc quod L ~ si om. P⁴ ~ potest] possit P⁴ 3,15. neque calidus¹ om. P³ ~ qui fidem] quidem m ~ utinam] ut P² ~ quod frigidum sit bonum] quod sit bonum esse frigidum α Tr ~ confident] utinam hec exoptatio est tibi facienda ut esse frigidus id est ex toto expers fidei aut calidus in fide id est perfectus melius est enim viam veritatis non agnoscere quam post agnitionem retrorsum redire vel frigidus id est ut te peccatorem sicut es cognosceres et pro timore eterne damnationis resipisceres add. P³ 3,16. es] et nec frigidus nec calidus sola add. P³ ~ scilicet] id est α Tr : om. P³ 3,17. dives in *non legitur* P³ ~ scientia] conscientia L ~ opera aliqua] aliqua opera P³ cum ω^g ~ et ideo *non legitur* P³ ~ ideo¹] sibi add. L ~ videtur] videretur T Tr ~ et³ om. P³ cum ω^g ~ ideo²] om. P⁴ : si add. P³ ~ iam nulla sibi] iam sibi nullam M T Tr : sibi iam nullam P m ~ iam om. P³ ~ necessariam] esse add. P³ ~ quia tu es *non legitur* P³ ~ ea que habes *non legitur* P³ ~ tu ipse] ipse tu P³ ~ miseriam *non legitur* P³ ~ cecus] ... add. sed *non legitur* P³ ~ quia non vides te *non legitur* P³ ~ vides te *cum* m : videt se codd. ~ a om. P⁴ P² ~ veste] vere L

|AMEN| qui est sine defectu^{im} |TESTIS| «ego et Pater unum sumus»ⁱ |VERUS| quia usque ad mortem crucis sine mendacio^{im} |PRINCIPIUM CREATURE| non quod sit de creaturis, sed «sine ipso factum est nichil»ⁱ 3,15. |SCIO| notoⁱ |FRIGIDUS| infidelis ex totoⁱ |CALIDUS| perfectus in fideⁱ |UTINAM FRIGIDUS ESSES AUT CALIDUS| utinam aut ferveres in fide aut te peccatorem sicut es cognosceres, ut pro timore eterne damnationis resipisceres^m; istud *utinam*, id est ista exoptatio est tibi facienda ut esset frigidus ex toto, expers fidei aut calidus in fide, id est perfectus. «Melius est non agnoscere quam post agnitam reverti»^m 3,16. |TEPIDUS| illud quod est tepidum fastidiosum est et cito eicitur^m |ET NEC FRIGIDUS| etsi non potes esse expers fideiⁱ |NEQUE CALLIDUS| vis fieriⁱ |INCIPIAM| semper videbitur inceptioⁱ |EVOMERE EX ORE MEO| vel ex mea dilectione turpiter expellereⁱ; ideo te evomere incipiam, quia non solum ex mea dilectione te evomam, sed etiam *ex ore meo*, id est ex consortio predicatorum qui sunt os meumⁱ 3,17. |DIVES| operationibus vel sola fideⁱ; scilicet bonis cogitationibus vel quia baptizatus sumⁱ |ET NULLIUS EGEO| et nullius alius virtutis neque bone cogitationis neque operationis^m |NESCIS QUAIA TU ES MISER| sed nescis quia miser es dum temetipsum decipis quod putas te salvari sola fide, cum «fides sine operibus mortua sit», *et miserabilis*, quia nec illud intelligis quod te illudis. *Pauper* quia non habes opera quibus in celo diteris, *nudus* quia spoliatus virtutibus, *cecus* non habens lumen scientie^m |PAUPER| bonis cogitationibusⁱ |CECUS| scientiaⁱ |NUDUS| operationibus; et quia talis esⁱ

3,14. qui^{2]} quod P⁴ ~ TESTIS] quia add. P⁴ 3,15. frigidus infidelis ex toto calidus perfectus in fide *bis repetitur in marg. et continuatim in* P⁴ ~ ferveres] fervens L ~ resipisceres] resipisceres P⁴ 3,16. inceptio] inceptior P⁴ ~ ideo te evomere incipiam om. P⁴ ~ meum] quia dicis ideo te evomore incipiam quia add. P⁴ 3,17. sum] fui P⁴ ~ ES MISER] MISER ES P⁴ ~ et quia talis es om. P⁴

3,14. ego...sumus = Io 10,30 ~ sine...nichil = Io 1,3 ~ Melius...reverti = II Pt 2,21
 3,17. dum temetipsum...scientie = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 998B ~ fides...sit = Iac 2,26

tatis et innocentie. Sed misericordiam non nego et hoc est: 3,18. *suadeo tibi emere a me fructum penitentie, aurum, caritatem que te accendat vel me ipsum ignitum probatum. Ut locuples fias operibus virtutum et vestimentis albis innocentie induaris.* Et non appareat confusio nuditatis tue. Melius est enim coram paucis erubescere quam tandem coram omnibus. Et collirio inunge oculos tuos, divino precepto vel donis Spiritus sancti, vel quibuscumque ratio illuminatur *ut videoas.* Et ut hoc possis, *emulare fratres tuos ceteros qui tribulantur, et ne dicent:* «Deus non diligit eos quos pati permittit», premittit causam cum dicit: 3,19. *Ego quos amo arguo, id est facio cognoscere peccata, et castigo, sic castos reddo; et quia tales amo, emulare ergo et penitentiam age, et debes agere, quia non prorsus despexi te, quia ecce adhuc exspecto ut aperiam cor tuum.* Et hoc est quod dicit: 3,20. *Ecce sto ad ostium et pulso, increpo. Si quis audierit vocem meam, intelligendo, et aperuerit michi ianuam, bene ad operandum, intrabo ad illum, in secreta cordis, et cenabo cum illo, id est delectabor in fide et operibus ipsius, et ipse tecum, gaudebit de consolatione mea.* 3,21. *Qui vicerit dabo ei sedere tecum, ut tecum iudicet. In throno meo, sicut et ego vici, quia et victoria ipsius et sessio eius est causa victorie aliorum. Et sedi cum Patre meo in throno eius. Thronus iudicaria sedes est.* 3,22. *Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.*

innocentie] ignoscentie T (innoscentie p.c. a.m.) : Tr : vel pauper non habes opera?> quibus in celo diceris nudus quia spoliatus virtutibus?> cecus non habens lumen scientie add. P³ cum ω^g ~ sed misericordiam non non legitur P³ ~ misericordiam] numeravi L ~ *hoc est om. ω^g 3,18. me fructum non legitur P³ ~ ignitum probatum post aurum transposuerunt a Tr ~ aurum] id est add. a Tr ~ te non legitur P³ ~ albis] id est add. a Tr ~ innocentie] quam accepisti in baptismo add. P³ ~ induaris] in die iudicii add. P³ ~ et²] ut M ~ tue om. M : in virtutibus et in operibus add. P³ ~ melius non legitur P³ ~ enim om. a Tr : vero P² ~ omnibus] argui add. P³ ~ oculos] <cordis?> add. P³ ~ tuos] id est add. P ~ sancti vel non legitur P³ ~ ut videoas om. a Tr ~ et ut hoc non legitur P³ ~ emulare] verbis add. L ~ fratres tuos ceteros] ceteros fratres tuos P³ cum ω^g ~ dicent] dixeris P³ : quod add. m ~ cum] ubi L 3,19. id est¹ om. P⁴ ~ castigo] et add. P² : flagellis et add. P³ cum ω^g ~ ergo] id est imitare bonos add. P³ cum ω^g ~ et⁴] id est P² ~ quia ecce...cor tuum om. P⁴ ~ aperiam cor] cor aperiam P³ cum ω^g ~ tuum om. P³ cum ω^g ~ adhuc expecto] expecto adhuc P² ~ *et hoc...dicit om. ω^g ~ quod dicit om. a Tr ~ dicit] et add. P² 3,20. pulso] id est add. a Tr ~ michi om. P³ ~ bene om. P³ cum ω^g ~ ad operandum] operando a Tr ~ intrabo] incumbo P² ~ in² om. a Tr ~ secreta] secreto L ~ *id est om. ω^g ~ *ipsius] illius ω^g 3,21. tecum] id est add. γ ~ vici] diabolum in assumpto homine add. P³ ~ ipsius] eius P² ~ eius¹] ipsius P² : om. P³ ~ est causa] causa est γ ~ causa om. T ~ throno] sede P³ ~ eius² om. L : scilicet equalis patri add. P³ ~ iudicaria] iudicaria T^{a.c. a.m.} Tr 3,22. *AUREM] AURES ω^g

3,18. [EMERE] pretio afflictionis et elemosinarum^m [AURUM] sapientiamⁱ [IGNITUM] accendentem vel perfectamⁱ [PROBATUM] probatos reddens et perfectos^m [LOCUPLES] fide et operationeⁱ [INDUARIS] in futuroⁱ [VESTIMENTIS] bonis operibus vel immortalitate vel innocentia, que accepisti in baptismo^m [APPAREAT] in die iudiciiⁱ [CONFUSIO] in operibusⁱ [NUDITATIS TUE] sicut Adam et Eva qui foliis se cooperueruntⁱ [COLLIRIO] lacrimabili compunctioneⁱ; per collirium, quod ex terra nascitur et pulverem terre ab oculis aufert, nota Christum qui secundum carnem natus est de terra, id est de Virgine, iuxta illud: «Dominus noster operatus est salutem in medio terre». Et ideo, quia oculos tue mentis terrena clauerunt et excecauerunt, Redemptoris tui egestatem considera et sic evigila ad futura premia, unde: «Qui sequitur me non ambulat in tenebris». Vel collirium sunt divina eloquia quibus mentis oculi illuminantur, unde: «Preceptum Domini lucidum illuminans oculos». Vel per collirium, quod caliginem ab oculis detergit et lacrimas dicit, penitentia atque cordis compunctio notatur, que ab oculis cordis caliginem peccatorum detergit^m [OCULOS] cordisⁱ [UT VIDEAS] nuditatem quam pateris cognoscasⁱ 3,19. [EGO QUOS AMO ARGUO] ne mireris quia ita dure te arguo quia^{im} [ARGUO] verbisⁱ [CASTIGO] flagellisⁱ [EMULARE ERGO] et quia non es perfectusⁱ [PENITENTIAM AGE] id est imitare bonos agendo penitentiamⁱ 3,20. [ECCE] et ne deficias in fragilitate quiaⁱ [STO] iuvansⁱ [OSTIUM] cordisⁱ [AUDIERIT] intelligendoⁱ; credideritⁱ [APERUERIT] opere compleveritⁱ; et aperuerit mundaverit conscientiam, tangam illum interna inspiratione et gaudebo^m [INTRABO] mansionem cum eo faciam de eius profectu et ille de mea retributione^m [CENABO] replebo eum doctrina divinaⁱ [CUM ILLO] in presenti Ecclesiaⁱ [ET IPSE MECUM] accipiet coronam eternamⁱ 3,21. [QUI] alia retributioⁱ [VICERIT] diabolumⁱ [DABO] in futuroⁱ; iudicariam potestatemⁱ [IN THRONO MEO] id est in choro fidelium post victoriamⁱ [SICUT ET EGO VICI] diabolum et mortemⁱ; in assumpto homineⁱ [ET SEDI CUM PATRE] post victoriam resurrectionis equalis Patri, quia omne iudicium dedit Filio Pater^{mi} 3,22. [SPIRITUS] in Spiritu sancto notatur hic perfectio Trinitatis et alibiⁱ

3,18. in futuro *om.* L ~ immortalitate] immortalitatem P⁴ ~ innocentia] innocentiam P⁴ ~ queⁱ] quam P⁴ ~ per colliriumⁱ...detergit² *om.* P⁴ 3,19. verbis *om.* L ~ et *om.* P⁴ ~ et quia...agendo penitentiam] quia non es perfectus agendo penitentiam id est imitare bonos P⁴ 3,20. quia *om.* P⁴ ~ intelligendo *om.* L ~ crediderit] credit P⁴ ~ et aperuerit...gaudebo *om.* P⁴ ~ INTROIBO L ~ replebo...divina *om.* P⁴ ~ in presenti ecclesia *om.* L 3,21. in futuro *om.* L ~ id est *om.* P⁴

3,18. sicut Adam...cooperuerunt *cfr.* Gn 3,7 ~ Per collirium...tenebris = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 999A ~ Dominus...terre = Ps 73,12 ~ Qui sequitur...tenebris = Io 8,12 ~ vel per collirium...oculos = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 999B ~ Preceptum...oculos = Ps 18,9 3,20. mansionem cum eo faciam *cfr.* Io 14,23

VISIO SECUNDA

CAPUT IV

4,1. *Post hec.* In hac secunda visione agitur de reparatione humani generis, ostendendo agnum accipientem librum de manu sedentis in throno et aperientem signacula eius libri; que facta ipsius agni bene possunt nos commovere ut pro ipso pati non dubitemus. Cum vellet suos animare ad tribulationem, bene premisit de correctione Ecclesie, quia tum maxime prodest pena, cum non punit delicta. *Post hec vidi.* Quantum ad ordinem visionum non alio tempore sed eadem dominica. *Et ecce ostium apertum in celo,* scilicet clausura Scripturarum que est via ad vitam vel obscuritas celestium mysteriorum vel in his qui celum sunt. *Et ecce vox prima,* scilicet prima admonitio vel Vetus Testamentum, *quam audivi tamquam tube,* scilicet hortantis ad bellum. *Loquentis mecum,* non dissentientis a ratione. *Dicens: Ascende hic,* amplifica animam ut hoc possit videre, *et ostendam tibi que oportet fieri post hec in ultimis temporibus.* 4,2. *Statis fui in spiritu,* abiecta omni intentione terrenorum, *fui videns spiritualiter.* *Et ecce sedes posita erat in celo.* Sedes dicuntur et angeli et ceteri maiores sancti, qui etiam sedent in subditis suis et ut celsior *supra sedem sedens.* 4,3. *Et qui sedebat,* scilicet Deus Pater, prius nobis incognitus, modo per incarnationem Filii cognoscitur et quasi lapis aspicitur. *Similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardini.* Iaspis viridis est coloris et aquosi, sardius est rubei. Per aquaticum colorem significatur nobis iudicium illud quod iam per aquam diluvii factum est; per rubeum illud quod per ignem futurum est. Vel per aquaticum colorem significatur aqua baptismi, per rubeum dona Spiritus sancti que in baptismo recipiuntur, quibus et peccata cremantur et ad dilec-

4,1. *hec^{1]}* vidi *add.* M ~ hac *om.* P² ~ eius libri] libri eius P² ~ possunt nos] nos possunt P⁴ ~ nos *om.* L ~ *tum] tunc ω^g ~ vidi *om.* P³ ~ *scilicet¹ *om.* ω^g ~ clausura...sunt *om.* P⁴ ~ clausura] causa L : clausula P² ~ vel^{2]} in celo id est *add.* P² : in celo P³ ~ celum *a.c.* P ~ scilicet² *om.* a Tr ~ quam] quoniam T Tr m : que P² ~ audivi] auribus mentis *add.* P³ cum ω^g ~ scilicet³ *om.* L ~ mecum] scilicet *add.* P² P³ ~ dissentientis] dissentiens P² (dissentias *a.c.*) ~ rationale] mea *add.* γ P³ *a.c.* ~ *huc*] que visurus es spiritualiter intellige et *add.* P³ cum ω^g ~ animam] animum P³ cum ω^g ~ hoc] hec P³ ~ *possit] possis ω^g ~ que oportet *add.* inter lin. Tr 4,2. omni *om.* a Tr ~ et¹ *om.* Tr ~ et angeli et ceteri *inter lin.* Tr ~ etiam] et m ~ ut celsior *om.* P⁴ ~ celsior] excelsior L 4,3. scilicet] id est a Tr ~ deus] ipse *add.* L ~ pater] qui *add.* L ~ prius *om.* L ~ sardini] id est sardinis *add.* P² ~ *viridis est coloris] est viridis coloris ω^g : viridis coloris est a Tr ~ sardius] sardinus γ T P³ P⁴ ~ rubei] coloris vel *add.* P² : rubeus P³ ~ *illud¹ *om.* ω^g ~ diluvii *om.* L ~ factum est] ut habetur *add.* m ~ per rubeum¹...vel *om.* P² : per rubeum¹...futurum est *in marg. inf.* Tr ~ rubeum¹] significatur *add.* L ~ colorem² *om.* P³ cum ω^g ~ spiritus sancti] sancti spiritus L T Tr

4,1. |POST HEC| conversus vidi ista et post hec visa *vidi*, id est spiritualiter intellexi^m |ECCE| quod vidissem accipeⁱ |OSTIUM| Christum de quo dictum est: «Qui non intrat per ostium»ⁱ |APERTUM| pie credentiⁱ |IN CELO| in Ecclesiaⁱ |AUDIVI| auribus mentisⁱ |TAMQUAM TUBE| hortans nos ad spiritualem prelum^m |ASCENDE HUC| que visurus es spiritualiter intelligeⁱ; noli immorari in superficie littere sed altitudinem allegorie ascendeⁱ |OSTENDAM| id est ad ostiumⁱ |QUE OPORTET FIERI| id est que sunt futura in Ecclesiaⁱ 4,2. |STATIM| cum legem ad Christum cepi referre, spiritualis effectus sumⁱ |SPIRITU| id est in spirituali usuⁱ |SEDES| corda fidelium ubi Deus sedetⁱ |POSITA ERAT| firmiter fixaⁱ |IN CELO| Ecclesia coruscante miraculis sicut celum fulminibus^{im} |SUPRA SEDEM| corda fideliumⁱ |SEDENS| Filius Deiⁱ 4,3. |QUI SEDEBAT| tante erat dignitatis quod verus Deus et verus homo eratⁱ |LAPIDIS IASPIS| iaspis viridis subobscurus significat Christum et hominem et Deum: per viriditatem divinitatem, per obscuritatem in qua latet divinitas hominem^m; per viriditatem divinitasⁱ |SARDINIS| humani-

4,1. per ostium] per ovile P⁴ ~ immorari] morari P⁴ ~ id est ad ostium *om.* P⁴ ~ id est³ *om.* P⁴ 4,2. spiritualis effectus sum] spiritum alius effectus sum P⁴ ~ firmiter fixa *om.* P⁴ ~ fulminibus] et tonitruis comminationibus *add.* P⁴ ~ filius dei *om.* P⁴ 4,3. erat dignitatis] dignitatis erat P⁴ ~ per viriditatem²...rubor *om.* L

4,1. Qui non...ostium¹ = Io 10,1

tionem accendimur. Sed licet talis, non tamen erat horribilis, quia *iris*, id est pax, id est propitiatio, *erat in circuitu sedis* quasi muniens et protegens eos. *Similis smaragdo*. Smaragdus habet viridem et rubeum colorem, iris similiter, per que notantur ea que prediximus. 4,4. *Et in circuitu sedis*, quasi appendentia et consentientia iudicio, *sedilia viginti quatuor*, minores in Ecclesia tam in Novo quam in Veteri Testamento. Per viginti quatuor ideo doctores comprehendimus, quia hic numerus constat ex duodecim et duodecim, qui numerus item constat ex tribus et quatuor. Sancti vero predicatores nomen sancte Trinitatis per quatuor partes mundi annuntiant. *Et super thronos*, id est supra predicta sedilia, *viginti quatuor seniores*. Non accipitur hic numerus secundum personas, sed secundum officium, quia per viginti quatuor accipiuntur hic omnes predicatores tam veteris quam nove legis. *Sedentes circumamictos vestimentis albis* que in baptismo receperunt, *et in capitibus eorum*, secundum mentes, *coronas*, victorias, *aureas* per caritatem vel sapientiam. 4,5. *Et de throno*, scilicet de sede Dei, ut de apostolis et similibus, *procedunt fulgura*, id est miracula, *et voces*, admonitiones, *et tonitrua*, comminationes. *Et septem lampades ardentes ante thronum*, *que sunt septem spiritus Dei*. *Que dona, sunt ante thronum*, id est illuminant et accendent ad dilectionem omnes iustos, in quibus sedet iudicans Deus.

id est¹ om. P² ~ id est²] vel α Tr ~ smaragdus] est lapis add. α Tr ~ habet] habens α Tr ~ smaragdo] visioni smaragdine P³ ~ smaragdus] smarardus M ~ et rubeum colorem] colorem et rubeum α Tr ~ que²] quos P³ cum ω^g ~ prediximus] diximus α Tr : prius diximus P² 4,4. appendentia om. P³ ~ consentientia] conscientia m ~ minores] doctores α Tr ~ quam] tam P³ ~ comprehendimus] intelligimus P³ ~ hic numerus] numerus hic α Tr ~ numerus item constat] item numerus constat α Tr : numerus constat item P³ ~ partes mundi] mundi partes α Tr ~ predicta] dicta L ~ non accipitur...legis om. P⁴ ~ accipiuntur hic] hic accipiuntur α Tr ~ tam²] quam P³ ~ albis] virtutibus et innocentia add. P³ ~ *eorum] id est add. ω^g ~ per caritatem vel sapientiam] vel per sapientiam vel per caritatem L : sapientiam vel per caritatem P⁴ ~ vel] per add. P² ~ *coronas] id est add. ω^g 4,5. *scilicet] id est ω^g ~ ut] vel L ~ thronum] dei add. P² ~ *SPIRITUS DEI] MISSI IN OMNEM TERRAM add. ω^g ~ illuminant et accedunt] accedunt et illuminant α Tr ~ ad dilectionem omnes iustos] omnes iustos ad dilectionem P m

tatis rubori |ET IRIS| divina propitiatio per abstinentiam cordium notata vel Deusⁱ; solis splendor imbriferam nubem ingreditur unde nascitur iris, id est divinus splendor in utero Marie unde nascitur Christus vel Deus^m; iris duo habet in se: et similitudinem, scilicet arcus per quod notatur protectio, et caret corda per quod notatur propitiatio; vel habet viridem colorem per quem notatur divinitas vel rubeum per quem notatur humanitas^m |IN CIRCUITU| in protectioneⁱ |SEDIS| Ecclesieⁱ |SIMILIS VISIONI SMARAGDINE| viso smaragdinoⁱ; nam sicut smaragdus sua viriditate oculos recreat, ita divina miseratione mentes desperantium suscitatⁱ 4,4. |IN CIRCUITU| munitioneⁱ |SEDIS| Ecclesieⁱ |SEDLIA VIGINTI QUATUOR| prophete duodecim, apostoli cum doctrinis suis duodecim, vel viginti quatuor sunt libri Veteris Testamenti^m; Dominus in Evangelio duodecim tantum thronos dicit esse ad iudicium futuros, Iohannes vero viginti quatuor. Quare hoc? Propter Patres utriusque Testamenti. Sunt autem et una sedes, sunt et viginti quatuor. Ipsi erunt sedes quia in cordibus eorum Dominus sedebit et ipsi sedebunt, quia alios iudicabunt, unde: «Illic sederunt sedes in iudicio». Constat autem hic numerus ex senario et quaternario, quia quater seni viginti quatuor. Senarius refertur ad operationem, quia sex diebus opera sua perfecit Deus et sexta die et sexta hora hominem redemit. Quaternarius ad quatuor libros Evangelii, quia ergo sancta Ecclesia, et in Veteri Testamento et in Novo, Dei operationem recolit, sanctum Evangelium custodiendo. Recte per viginti quatuor seniores comprehenditur vel per viginti quatuor libros Veteris Testamenti, quibus secundum canonicam auctoritatem utitur^m |VIGINTI QUATUOR²| omnia genera predicatorumⁱ |SENIORES| sancte conversationis exemplo et etateⁱ |SUPER THRONOS| prophetias et apostolorum doctrinasⁱ |CIRCUMAMICTOS| circumamicti vel -tos^m |VESTIMENTIS| bonis operationibus vel virtutibusⁱ |CORONAS AUREAS| mundas cogitationes de diabolo victoriam facientes^m 4,5. |DE THRONO| id est Ecclesiaⁱ |VOCES| predicationes vocantes ad Deumⁱ |SEPTEM LAMPADES| septem dona Spiritus sanctiⁱ

abstinentiam] absentiam P⁴ ~ cordium] corde P⁴ ~ vel Deusⁱ *om.* P⁴ ~ solis splendor...vel deus *om.* L ~ protectio] propitiatio P⁴ ~ per quod²...propitiatio *om.* P⁴ ~ caret corda] corda caret P⁴ ~ VISIONI SMARAGDINE] VISIONIS SMARAGDINI P⁴~ viso] visio *a.c.* L ~ smaragdino] smaragdini *codd.* ~ mentes] hominum *add. et post del.* L 4,4. SEDIS ecclesie *om.* P⁴ ~ prophete] prophetie L ~ thronos dicit esse] dicit thronos P⁴ ~ etⁱ *om.* P⁴ ~ operationem] et sex opera misericordie *add.* P⁴ ~ omnia] magna P⁴ ~ sancte...etate *om.* L ~ prophetias...doctrinas *om.* P⁴ ~ circumamicti vel -tos *om.* L ~ AUREAS] id est *add.* P⁴

4,4. Dominusⁱ...Testamenti = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1006C ~ Ipsi erunt...iudicio = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1006D ~ Illic...iudicio = Ps 121,5 ~ Constat...utitur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1007A-B

4,6. *Et in conspectu sedis*, ad figuram, *tamquam mare vitreum simile crystallo* significat baptismum sinceritate fidei lucidum. Qui ideo dicitur similis crystallo, quia sicut crystallum ex aqua durescit in lapidem, ita facit ex mollibus et liquidis baptismus solidos et invincibiles, *et in medio sedis*, veluti sustinentes, *et in circuitu*, quasi excubie, *quatuor animalia*. Animalia dicuntur evangeliste et ceteri sancti predicatorum, qui et mansueti et bene animati ceterosque animantes, qui non dicuntur quatuor secundum personas, sed secundum officium quadrifarie predicationis, quia annuntiant has quatuor naturas animalium que, licet in unoquoque homine esse debeant, de Christo tamen dicuntur proprie. Dicitur enim Christus leo, quia fortis est et sine timore et quia, sicut leo premortuus nascitur et die tertia voce patris ad vitam excitatur, ita Christus die tertia ad vitam resurrexit. Dicitur vitulus quia sacrificatus; dicitur homo propter veram naturam humanam; dicitur aquila secundum divinitatem et ascensionem. *Plena oculis ante et retro*. Plena oculis ante et retro dicit vel quia memores erant preteritorum peccatorum et sibi providebant in futurum; vel habentes cognitionem et de preteritis et de futuris. 4,7. *Et animal primum simile leoni*, etc., *et animal quartum simile aquile volanti*. Comparatur Iohannes aquile, quia in principio tractat de divinitate; et item ceteri nomina recipiunt ex eo quod proponunt et tamen unusquisque quatuor predictas naturas exsequitur. Alio ordine posuit Ezechiel hanc visionem, quia prius posuit hominem, deinde vitulum, post leonem, inde aquilam, sed quia vident que futura erant, eo ordine posuit quo ventura erant. Prius enim homo, deinde cetera. Iohannes

4,6. *crystallum*] quod *add.* P³ ~ significat] significatur P² ~ sinceritate] sinceritas *a.c.* Tr ~ *crystallum*] cristallus P² ~ *durescit*] indurescit P² P³ ~ *sustinentes*] sedentes *a.c.* T ~ *circuitu*] circum *add.* P² P³ ~ *veluti sustinentes om.* L ~ quasi excubie *om.* L ~ *excubie*] vel in medio sedis id est in communi regimine ecclesie et in circuitu id est in protectione *add.* P³ ~ *et⁷ om.* a Tr ~ ceterosque animantes] ceteros animant a Tr : quasi animantes P² ~ *qui³*] quia P⁴ ~ *dicuntur²*] animalia *add.* P⁴ ~ *has*] horum a Tr ~ *quatuor naturas*] *naturas quatuor a Tr ~ que]* quod P² ~ *dicuntur proprie*] proprie dicuntur P² P³ ~ *quia³*] et *add.* P² P³ ~ *est om.* P⁴ ~ *premortuus*] mortus P⁴ ~ *die tertia¹*] tertia die a Tr : die *om.* P² ~ *voce patris ad vitam*] ad vitam patris voce a Tr ~ **voce*] a voce ω^g ~ die tertia ad vitam] ad vitam die tertia P³ ~ *ad vitam² om.* P⁴ ~ *die tertia²*] tertia die L ~ *resurrexit*] surrexit a Tr ~ *veram naturam*] naturam veram P² ~ *naturam humanam*] humanam naturam P³ *cum ω^g ~ retro¹*] hoc *add.* P² ~ *plena²...retro² om.* P² ~ **sibi*] his L ~ *futurum*] futuro γ T^{*p.c. a.m.*} Tr ~ *et¹⁶ om.* P³ *cum ω^g ~ de³ om.* P⁴ 4,7. etc.] et secundum animal simile vitulo et tertium animal habens faciem quasi hominis *add.* P³ ~ *animal quartum*] quartum animal P² P³ ~ *comparatur*] *comparatio* P⁴ ~ *recipiunt*] sumunt a Tr ~ *eo¹*] hoc a Tr ~ *proponunt*] preponunt T Tr : suis evangeliis *add.* m ~ *quatuor om.* a Tr ~ *predictas naturas*] *naturas supradictas a Tr :* *naturas predictas P² ~ posuit om.* P² ~ *inde*] deinde P⁴

4,6. |MARE| lexⁱ |VITREUM| quibusdamⁱ |CRYSTALLO| quibusdamⁱ; rudibus videatur esse vetus lex *mare*, id est altum et immensurabile propter multiplicem sensum, mediocribus *vitreum*. Per vitrum enim videtur – licet non plane – quod sibi supponitur, similiter quidam intelligebant – licet non plenarie – allegoriam sub littera latentem. Quibusdam autem lex erat crystallum, qui apertius allegoriam intelligebant et in his tribus litteralis, moralis, spiritualis, id est intellectualis, scientia notatur. Litteralis quantum ad illos quibus lex erat *mare*, moralis quibus erat *vitreum*, intellectualis quibus *simile crystallo*^m |IN MEDIO SEDIS| id est communi regimine Ecclesieⁱ; in medio stant predicatores, dum de presentibus tractant, in circuitu stant cum preterita recordantur vel futura prenuntiant^m; vel universi ordines predicatorum, arantes corda hominum ut Deo fructificant^m |IN CIRCUITU| in protectioneⁱ |QUATUOR ANIMALIA| evangelisteⁱ; *quatuor animalia* id est omnes predicatores quatuor Evangelia exponentes, quia eorum vita circumspecta est^m |DICUNTUR| quatuorⁱ |PLENA OCULIS| sententiis providentibusⁱ |ANTE| in futuroⁱ |RETRO| in presenti et preteritoⁱ 4,7. |ET ANIMAL PRIMUM| ordo electorum vel Marcus qui dicit: «Vox clamantis in deserto»ⁱ |ET SECUNDUM ANIMAL| ordo subdiaconorum vel Luca a sacrificiis incipens: «Fuit in diebus Herodis regis sacerdos»ⁱ |TERTIUM ANIMAL| ordo diaconorum populo Evangelii secreta intelligibiliter exponentium vel Matheus ab humanitate incipiens: «Liber generationis»ⁱ |QUARTUM ANIMAL| ordo sacerdotum vel Iohannes a divinitate incipiens: «In principio erat Verbum»ⁱ

4,6. quibusdam² om. P⁴ ~ stant^{1]} fiunt P⁴ ~ vel universi...fructificant *apud* PRIMUM ANIMAL (Apc 4,7) transposuit P⁴ ~ quatuor animalia²...circumspecta est *apud* QUATUOR ANIMALIA (Apc 4,8) transposuit P⁴ ~ in⁸ om. P⁴ 4,7. dicit] ego add. P⁴

4,7. Vox...deserto = Mc 1,3 ~ Fuit...sacerdos = Lc 1,5 ~ Liber generationis = Mt 1,1 ~ In...Verbum = Io 1,1

impleta videns, leonem preposuit, quasi fundamentum totius nostre fidei. Unitur enim fides nostra maxime in resurrectione Dominica. 4,8. *Et quatuor animalia* ad hoc predicandum bene erant instructa secundum quatuor predictas naturas Christi, *singula eorum* non secundum personas, sed unusquisque ordo *habebant alas senas*. Sex ale sunt sex opera misericordie, scilicet satiare esurientem, potare sitientem, vestire nudum, colligere hospitem et visitare infirmum et incarceratum. Que ale dicuntur, quia istis in altum sublevamur. Vel sex ale cognitio universorum sex diebus factorum: ex his enim visibilibus ad invisibilia cognoscenda perducimur. Vel sit prima ala lex naturalis, que fuit in Abraham et ceteris primis Patribus; secunda ala, lex Moysi; tertia ala, prophetie; quarta, Evangelium; quinta, institutiones apostolorum; sexta, ut Augustini et aliorum etiam qui ordinaverunt vestimenta, etc., in Ecclesia. *Et in circuitu*, ut aliis bono exemplo lucerent, *et intus*, quantum ad seipsos, *plena sunt oculis*, divinis preceptis. *Et requiem non habebant*, non cessabant, *die ac nocte*, in prosperis vel in adversis vel continue dicentia: *Sanctus, sanctus, sanctus*, ter, quia Trinitas in personis. *Dominus, semel*, quia unitas in deitate. *Dominus Deus omnipotens, qui erat, sine principio, et qui est, sine mutabilitate, et qui venturus est ad iudicium*. 4,9. *Et cum darent illa animalia gloriam*, id est cum sancti illi predicatorum predicarent Deum gloriosum, ut ex resurrectione, *et honorem*, id est venerandum propter opera vel ex ascensione, *et benedictionem* superne remunerationis vel exaltationem super omnes angelos. *Sedenti super thronum viventi in secula seculorum*, 4,10. *procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno*, id est humiliabant se ei omnes iudices, tam nove quam veteris legis. Et non nocet, si idem dicantur modo animalia, modo iudices, *et adorabant viventem in secula seculorum*, venerabantur exspectantes ab ipso voce et opere que a se non habebant, *mittentes coronas suas ante thronum*, attribuentes ei victorias vitiorum

totius in marg. P² : om. P³ ~ maxime post dominica transposuit a.c. P² 4,8. animalia] id est add. L ~ instructa] istituta P³ cum ω^g ~ secundum^{1]}] scilicet P² P³ ~ predictas om. P³ ~ secundum quatuor...christi om. P⁴ ~ *sex² om. ω^g ~ scilicet om. P² ~ esurientem] egentem P² ~ hospitem et om. P⁴ ~ et² om. L T ~ *sublevamur] sublevantur ω^g ~ sex diebus non legitur P³ ~ tertia ala prophetie non legitur P³ ~ etiam om. a Tr ~ et⁶ om. ω^g T Tr ~ oculis] id est add. P² ~ ut²] et P⁴ ~ divinis preceptis om. P³ P⁴ ~ *in² om. ω^g ~ dicentia om. L ~ trinitas] est add. L ~ in deitate non legitur P³ ~ dominus^{1]}] deus alia add. P² ~ dominus deus om. P² ~ deus om. P³ ~ qui³ om. a Tr 4,9. illa] quatuor add. P³ cum ω^g ~ illi om. a Tr ~ id est² om. a Tr ~ venerandum] venerationem P⁴ ~ ex ascensione] ascensionem P³ ~ exaltationem om. a Tr 4,10. idem] eidem P³ ~ *nove quam veteris] tam veteris quam nove ω^g ~ modo animalia modo iudices] modo iudices modo animalia a Tr ~ venerabantur om. a Tr ~ *exspectantes] expetentes ω^g ~ *MITTENTES] MITTEBANT ω^g ~ *attribuentes] attribuebant ω^g ~ *ei om. ω^g ~ *vitiorum] de vitiis in aliis per predicationem superatis ω^g

4,8. |QUATUOR ANIMALIA| id est omnes predicatores vel evangelisteⁱ |ALAS SENAS| sex opera misericordie quibus volatur ad regem celorumⁱ; vel senas alas habebant quia ea que in sex mundi etatibus peracta sunt vel aguntur electi mentis volatu comprehendunt. Hinc est quod in Isaia duo cherubin caput ac pedes Dei alis velare feruntur, quia videlicet eternitatem eius ante tempora et post finem temporum nullus investigare potest^m |OCULIS| lucidissimis sententiisⁱ |IN CIRCUITU| quantum ad bonam operationem, intus quantum ad cogitationemⁱ |ET REQUIEM NON HABEBANT| numquam enim sancta Ecclesia sive in prosperiis, sive in adversis cessat a laude sancte Trinitatis. Quod ostendit ter dicens: «Sanctus», subiungens vero «Deus Omnipotens» unitatem designat^m |SANCTUS| est Pater, Filius et Spiritus sanctus |PATER| Dominusⁱ |DEUS| Filiusⁱ |OMNIPOTENS| Spiritus sanctusⁱ 4,9. |GLORIAM| bone cogitationisⁱ |HONOREM| operationisⁱ |BENEDICTIONEM| in verbisⁱ |SEDENTI| Deoⁱ |THONUM| Ecclesiamⁱ |VIVENTI| cui bene debebant dare quiaⁱ 4,10. |PROCIDEBANT VIGINTI QUATUOR SENIORES| per viginti quatuor seniores habemus omnia genera predicatorum predicationis decalogum cum dilectione Dei et proximi per quatuor climata orbis. Nam per decem decalogum, per denarium duplicatum dilectionem Dei et proximi, per quatuor quatuor mundi partes accipimus. Et omnes isti seniores *procidebant*, id est se ipsos exemplo evangelistarum humiliabant *ante sedentem in throno*, id est totum quod predicabant non sibi sed Deo ascribebant. Vel per decalogum duplicatum habemus duplum observantiam eius decalogi, id est secundum corpus et secundum animam, per quatuor observantiam Evangeliorum^m |SENIORES| fideles senis mores habentesⁱ |ANTE SEDENTEM| Deum Patremⁱ |ANTE THONUM| dominicum virumⁱ

4,8. id est *om.* P⁴ ~ inⁱ *om.* P⁴ ~ comprehendunt] comprehenditur P⁴ ~ lucidissimis sententiis *om.* P⁴ ~ quantum...cogitationem *apud* IN CIRCUITU (Apc 4,6) *transposuit* P⁴ ~ designat] dominus *add.* P⁴ 4,10. deum pater] dei proximi P⁴ ~ |ANTE THONUM| ecclesiam suo exemplo ad idem invitantes *add. in marg. a.m.* P⁴

4,8. vel senas alas...potest = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1011A ~ est quod in Isaia *cfr.* Is 6,2

vel tribulationum. *Dicentes: 4,11. Dignus es, Domine Deus, accipere*, cui referimus, gloriā et honorem et virtutem, quia tu creasti omnia et propter, id est iuxta, voluntatem tuam erant et creata sunt, non de subito, sed in eterna dispositione omnia habuisti.

CAPUT V

5,1. Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris. Librum accipit divinam dispositionem de reparatione humani generis, quem videt in dextera, id est in Filio Dei. Personae enim Filii attribuitur tota reparatio humani generis, per quem et impleta est. Qui liber est scriptus, id est manifestatus, intus per Novum testamentum, et foris, id est per Vetus quod Novi causa est. Vel per foris intelligitur Novum, quod est foris in manifesto, per intus Vetus, quod est obscurum, signatum et clausum, septem sigillis, id est universis obscuritatibus vel septiformi Spiritu per quem fides operatur. 5,2. Et vidi angelum quemlibet de primis patribus, qui dicitur angelus, quia a Deo missus, fortem, predicanter voce magna, inquirentem et ceteris annuntiantem et pre nimio desiderio iam tantum differri conquerentem. Quis est dignus accipere, implere librum, etc. Ubi ostendit primos Patres illos tam ferventer Christum desiderasse, qui minima consideratione eum perceperant, innuit quod nos qui iam rem ipsam cognovimus vel tenemus, multo ferventius diligere

*vel tribulationem *om.* ω^g ~ dicentes] deus deus *add.* P² 4,11. es *om.* P³ ~ domine deus *om.* P² ~ deus *om.* Tr : noster *add.* γ ~ referimus] referamus P² P³ ~ habuisti] vel erant antequam crearentur et creata sunt secundum voluntatem tuam *add.* P³

5,1. *librum...obscurum *om.* ω^g ~ librum] per librum M ~ dispositionem] dispensationem P³ ~ enim *om.* α Tr ~ humani *inter lin.* Tr ~ impleta] impletum P² ~ est³ *om.* P³ ~ intus per novum non legitur P³ ~ intus²] id est *add.* P² ~ id est³ *om.* γ P² ~ novi causa est vel non legitur P³ ~ causa] clausura α Tr ~ intelligitur] intelligatur P³ ~ per intus...obscurum *om.* P² P³ : Tr^{in marg.} ~ et³] id est α Tr^{inter lin.} ~ et clausum *om.* P³ ~ *SEPTEM SIGILLIS] SIGILLIS SEPTEM ω^g ~ operatur] vel aliter et vidi in <dextera sedentis> super thronum librum scriptum <intus et foris> in dextra id est in dispositione patratus sedent] is super thronum id est ecclesiam librum <vetus testamen>tum cum novo scriptum intus secundum <typicum sensum?> et foris secundum historicum *add.* P³ 5,2. vidi angelum non legitur P³ ~ dicitur angelus] angelus dicitur P³ ~ predicanter om. P² P³ : *inter lin.* Tr ~ voce magna post conquerentem transposuerunt P² P³ : *inter lin.* Tr ~ accipere] *aperire ω^g : id est *add.* M ~ etc.] et solvere sig^{nacu}la eius *add.* P³ ~ *ubi...subterfugiamus *om.* ω^g ~ illos] illo P ~ primos patres illos] illos primos patres α Tr : primos illos patres P³ ~ tam ferventer christum] christum tam ferventer α Tr ~ desiderasse] desiderare P² ~ rem ipsam] ipsam rem γ ~ cognovimus vel *om.* α Tr ~ vel tenemus *om.* P³

4,11. [GLORIE] pure conscientieⁱ [HONOREM] operationisⁱ [VIRTUTEM] verborumⁱ
 [CREASTI] antequam essentⁱ [ERANT] antequam crearenturⁱ [CREATA SUNT]
 secundum voluntatem tuamⁱ

5,1. [IN DEXTERA] in dispositioneⁱ [SEDENTIS] Patrisⁱ [SUPER THRONUM] celeste
 solium vel Ecclesiamⁱ [LIBRUM] Vetus Testamentum cum Novoⁱ [SCRIPTUM] lit-
 teris notatumⁱ [INTUS] secundum typicum sensumⁱ [ET FORIS] secundum histo-
 ricumⁱ; Vetus dicitur *intus* quia clausum, Novum *foris* quia apertumⁱ [SIGNA-
 TUM] scilicet figuratum et clausum vel claudentem secreta et misteria Scrip-
 turarum per septem etates mundi futura predicentium, sigillis seris disposi-
 tis a septiformi gratia^{im} [SIGILLIS SEPTEM] per sigillationem septem sigillo-
 rum plenitudo obscuritatis misteriorum que in Veteri latebant Testamento
 exprimitur, unde: «Deus a Libano veniet» et cetera; sive ad septiformem
 Spiritum: omnis enim divina Scriptura per Spiritum sanctum est data et
 reserata, unde: «Et lex digito Dei», et Spiritu sancto legitur descripta, unde
 etiam «quando aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas» dixit:
 «Accipite Spiritum sanctum»^m 5,2. [ANGELUM] Moysen vel aliumⁱ [FORTEM]
 sine intermissione *predicantem*ⁱ [VOCE MAGNA] devotaⁱ [QUIS EST DIGNUS APE-
 RIRE] secreta Veteris Testamentiⁱ; opere complere, manifestare que ibi scrip-
 ta suntⁱ; apertio huius libri nichil aliud est quam reparatio generis humani^m

5,1. vetus...apertum *om.* L ~ seris] septem *p.c. a.m.?* P⁴ ~ septiformi] septiformis P⁴
 ~ scriptura] scripta P⁴ ~ unde etiam...sanctum *om.* P⁴ 5,2. sine...predicantem *om.*
 L ~ generis humani] humani generis P⁴

5,1. Per sigillationem...sanctum² *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1013D-1014A ~ Deus
 a Libano veniet = Hab 3,3 ~ Et lex...Dei = Ex 31,18 ~ quando...scripturas = Lc 24,45 ~ Acci-
 pite...sanctum = Io 20,22

debeamus et pro eo pati non subterfugiamus. 5,3. Dicit Iohannes: *Et nemo poterat in celo, ut angelus, neque in terra, ut homo, neque subitus terram, ut anime exute corpore, aperire, implere, librum neque respicere illum, neque perfecte intelligere*, unde illud: «Generationem eius quis enarrabit?». Assumit personam aliorum priorum Patrum. 5,4. *Et ego flebam multum, quoniam nemo inventus est dignus aperire, adimplere, librum nec videre illum, plene intelligere.* 5,5. *Et unus de senioribus dixit michi: Ne fleveris. Quilibet propheta, qui Christi adventum annuntiando consolatur ceteros. Ecce vicit diabolus leo de tribu Iuda, radix David, procedens a David vel firmamentum David, aperire, ut impleteat, librum et solvere septem signacula eius.* Ostendit quomodo vidit desideratam, modo exsequitur quomodo vidit impletam. 5,6. *Et sicut ille predixerat vidi, et ecce in medio throni, quasi sustentamentum omnium, et quatuor animalium agnum, Christum, qui vera fuit victima, stantem, quasi laborantem et suis certantibus subvenientem,*

debeamus] debemus P² ~ et⁴ om. P³ 5,3. dicit iohannes] iohannes dicit P² ~ SUBTUS] SUB P⁴ ~ aperire implere] implere aperire P² ~ neque^{4]} de quo L : id est α Tr : om. P³ ~ perfecte intelligere] intelligere perfecte P² ~ unde] iuxta P³ ~ illud] isaie LIII add. m ~ enarrabit] hic add. α Tr ~ *aliorum] illorum ω^g ~ priorum om. P² 5,4. QUONIAM] quia L : quod P⁴ ~ inventus est dignus] dignus inventus est α Tr ~ aperire] id est add. α Tr^{inter lin.} ~ librum post intelligere transposit P³ ~ illum] eum P² P³ ~ illum plene] plene eum P² 5,5. DIXIT] DICIT P⁴ ~ adventum annuntiando] annuntiando adventum T Tr ~ ceteros] minores add. P⁴ ~ leo in marg. P² : id est christus add. P³ ~ iuda] natus add. P³ ~ solvere] solveat P ~ modo] quomodo L ~ impletam] completam α Tr 5,6. *vera fuit] fuit vera ω^g ~ stantem] id est add. L ~ et suis certantibus om. P⁴ ~ suis] sanctis α Tr ~ subvenientem] subveniendo P⁴ ~

5,3. Generationem...enarrabit = Is 53,8

|ET SOLVERE| veraciter intueriⁱ; exponere misteriaⁱ |SIGNACULA EIUS| splendorem gratie Novi Testamentiⁱ 5,3. |IN CELO| ex his qui sunt in celo, id est angelisⁱ |IN TERRA| aliquis sanctus adhuc in terraⁱ |SUBTUS TERRAM| id est in infernum vel aliqua fidelis animaⁱ |RESPICERE| spiritualiter intelligereⁱ 5,4. |FLEBAM| iacturam humani generisⁱ |INTELLIGERE| digne intelligereⁱ; queritur cur beatus Iohannes fleverit, quia nullus illis librum aperuit cum tempore suo misteria dominica revelata fuerint. Sed ex persona Patrum Veteris Testamenti flet, qui desiderabant adventum Filii Dei, unde unus: «Utinam dirumperes celos et venires, a facie tua montes turbarentur», unde in Evangelio: «Multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis et non viderunt»^m 5,5. |MICHI| consolatus est meⁱ |ET UNUS DE SENIORIBUS| per hunc seniorem quemlibet prophetam, qui annuntians Christi adventum aliis prebebat solatium. Quorum unus: «Non auferetur sceptrum de Iuda», et alias: «Ecce virgo concipiet». Ista dicendo, librum istum reserandum esse dicebat^m |ECCE VICTI| pre tempore profuturo, ut est: «Foderunt manus meas et pedes meos»ⁱ |LEO| Christus dicitur leo, quia victor de tribu Iuda, quia de semine Iuda, radix David, quia «egredietur virga de radice Iesse». Vicit leo. Quid vicit? Diabolum, mundum, mortem, infernum. Ideoque librum aperuit et signacula eius solvit, quia omnia prenuntiata de eo veniens implevit^m; Christusⁱ |IUDA| natusⁱ |RADIX DAVID| fundamentum prophetarumⁱ |UT IMPLEAT| ad hoc ut possit solvereⁱ |SEPTEM SIGNACULA| obscuritates septem statuumⁱ 5,6. |IN MEDIO THRONI| id est in communitate omnibus equaliter favensⁱ |THRONI| Ecclesieⁱ |ET³ scilicetⁱ ANIMALIUM| evangelistarum vel omnium predicatorum Novi Testamentiⁱ |ET IN MEDIO SENIORUM| predicatorum Veteris Testamentiⁱ; per thronum et quatuor animalia et seniores una Ecclesia cum suis ordinibus designatur in cuius medio Christus est, iuxta illud: «Ecce venio et habitabo in medio tui»^m |AGNUM STANTEM| superius inductus est Christus ambulans, subinde sedens, modo stans. Ambulat Dominus quando dilectis suis munera gratiarum dispergit, aliis genera linguarum, aliis interpretatio sermonum. Sedet quando singulorum facta dijudicat, stat cum suos certantes iuvat^m

5,3. aliquis sanctus...terra *om.* P⁴ ~ vel *om.* P⁴ 5,4. filii] filium P⁴ 5,5. christi] tibi P⁴ ~ christus² *om.* L ~ natus *om.* L ~ prophetarum] manu fortium visu desiderabilium *add.* P⁴ 5,6. id est *om.* P⁴ ~ ecclesie *om.* P⁴ ~ ambulat dominus quando] ambulabat quando dominus P⁴ ~ gratiarum *om.* P⁴ ~ diiudicat] iudicat P⁴

5,4. queritur...viderunt *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1017C-D ~ Utinam...turbarentur = Is 64,1 ~ Multi...viderunt = Mt 13,17 5,5. consolatus est me *cfr.* Ps 85,17 ~ Non...Iuda = Gn 49,10 ~ Ecce...concipiet = Is 7,14 ~ Foderunt...meos = Ps 21,17 ~ Christus dicitur...implevit = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1018A-B ~ egredietur...Iesse = Is 11,1 5,6. per thronum...in medio tui = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1018B ~ Ecce...in medio tui = Za 2,10 ~ superius...iuvat = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1018C

tamquam occisum, quia etsi mortuus, tamen ex virtute Dei vivit, habentem cornua septem et oculos septem. Cornua et oculi sunt Spiritus sanctus, qui dat regnum et exaltationem, quod per cornua notatur; dat illuminationem, quod in oculis notatur. Vel cornua sunt sancti eminentiores, ipsi capiti proxime adherentes et carnem excedentes. 5,7. *Et venit ad cognitionem nostram per assumptam humanitatem et accepit homo factus de dextera sedentis in throno librum a verbo sibi unito.* 5,8. *Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, scilicet sancti omnes predicatorum, et viginti quatuor seniores, omnes iudices, ceciderunt coram agno, nichil de se presumendo sed humilia sentiendo, coram agno, ipsum imitando.* Unde sequitur: *habentes singuli citharas.* Cithara significat carnis mortificationem et sunt in cithara lignum et corda. Per lignum crux Christi, corde caro sanctorum, et phialas. Phiale sunt vasa lata per quas significantur corda lata usque ad dilectionem inimicorum; *aureas* dicit propter caritatem et sapientiam, *plenas odoramentorum, que sunt orationes sanctorum.* Sicut enim aliquis in bono odore delectatur, ita Deus in orationibus sanctorum.

mortuus] mortum L P² ~ tamen ex virtute] ex virtute tamen T Tr ~ tamen *om.* P⁴ ~ *vivit] vel quia in suis cotidie occiditur *add.* ω^g ~ et oculos septem *om.* P² : *inter lin.* Tr ~ septem] qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram *add.* P³ ~ cornua *om.* P³ ~ sunt¹ *om.* α Tr ~ spiritus sanctus] sanctus spiritus P⁴ ~ exaltationem] exultationem *p.c. a.m.* P⁴ ~ notatur¹] qui *add.* α Tr ~ dat...notatur *om.* L ~ in oculis] per oculos α Tr : in oculos P² : oculos *inter lin.* Tr 5,7. carnis *inter lin.* Tr ~ assumptam humanitatem] carnis assumptionem α Tr 5,8. scilicet] id est P⁴ ~ omnes predicatorum] predicatorum omnes P² : omnes *om.* P³ ~ seniores] id est *add.* P⁴ ~ sed...imitando *in marg.* P ~ sentiendo] consentiendo P² ~ *coram agno² *om.* ω^g : et *add.* L : scilicet *add.* P⁴ : id est *add.* α Tr ~ carnis mortificationem] mortificationi carnis γ P² P³ ~ in¹ *om.* P² ~ *vasa lata] lata vasa ω^g ~ deus *post* sanctorum *transposuit* P² : *inter lin.* Tr

|OCCISUM| quia mortem ad horam gustavitⁱ |HABENTEM CORNUA SEPTEM| omnes electos vel septiformem gratiamⁱ; per cornua habemus omnes electos per septem mundi etates natos, quibus velut cornibus ventilantur inimici Christi; per oculos septem dona Spiritus sancti, quibus, veluti oculis, temptantia mala pre-cavet Ecclesia, de quibus Zacharias dicit: «Isti oculi Domini qui discurrunt in omnem terram»^m |ET OCULOS SEPTEM| septem dona Spiritus sanctiⁱ |QUI SUNT SEPTEM SPIRITUS DEI MISSI| ut terra † vel *Dei* dico a Patre missiⁱ; *spiritus* dico missi ad illuminationem totius Ecclesie, que continet bonos et malos |IN OMNEM TERRAM| ad reparationem humani generisⁱ 5,7. |ET VENIT| incarnatusⁱ |ACCEPIT| a sua humanitateⁱ |DE DEXTRA SEDENTIS| dispositione Patrisⁱ |THONO| Ecclesiaⁱ |LIBRUM| ut mysteria Scripturarum reseraretⁱ 5,8. |ET CUM APERUISSET| comple-set nascendoⁱ |LIBRUM| librum Christus aperuit, cum moriendo inimicitias car-nis in sua carne solvit^m |PREDICATORES| evangeliste vel predicatores Novi Tes-tamentiⁱ; ordo prelatorumⁱ |SENIORES| inferiores prophete Veteris Testamentiⁱ |CECIDERUNT| ab ignorantia legis prius habita, vel *cediderunt* peccata scilicet cognoverunt^m; cum passione sua utriusque Testimenti preconia in se compro-baret Dominus impleri, Ecclesia, gratias agens, ante Agnum cadit, id est humi-lia de se sentit, se quoque passionibus offerens, ut iuxta Apostolum: «Adim-pleat ea que desunt passioni Christi in carne sua»^m |CORAM AGNO| positi ideo in beneplacentia Christiⁱ |HABENTES SINGULI| cogitantes Christi passionemⁱ |CITHARAS| carnis mortificationemⁱ; in cithara lignum et corde: per lignum crux Christi, per cordas caro sanctorum. Tenduntur corde in ligno quia sancti crucem imitantur Christi, unde: «Christus passus est pro nobis» et cetera. Diverso modo tenduntur quia non eodem modo patiuntur, unum sonum red-dunt quia fidem unam confitentur^m |PHIALAS| corda lucentia absque ypocrisiⁱ; per phialas mundas cogitationes caritatis gratia refertas, unde et *plena odora-mentorum*. Odoramenta enim, sicut ipse exponit, mundas et caritativas ora-tiones notant, unde: «Dirigatur oratio mea sicut incensum» et cetera. Et post citharas phiale, quia, cum Christus pateretur, oravit pro inimicis. Habent sanc-ti citharas quia passionem Christi imitantur, habent phialas quia non solum pro amicis sed etiam orant pro inimicis^m |ODORAMENTORUM| Deo redolentiumⁱ

ut...missi *om.* P⁴ ~ spiritus dico...malos *om.* P⁴ ~ spiritus sancti] sancti spiritus P⁴ 5,7. a sua humanitate *om.* P⁴ 5,8. ordo prelatorum *om.* L ~ cum passione...in carne sua *apud* DE DEXTRA SEDENTIS IN THRONO (Apc 5,7) *transposuit* P⁴ ~ agens] referens P⁴ ~ adimpleat ea] ea adimpleat P⁴ ~ crucem imitantur] imitantur crucem P⁴ ~ per³ *om.* P⁴

6. Isti oculi...terram = Za 4,10 5,8. Adimpleat...sua = Col 1,24 ~ in cithara lignum...confitentur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1019B-C ~ Christus passus est pro nobis qfr. I Pt 2,21 ~ per phialas...inimicis² = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1019C-D ~ Dirigatur...incensum = Ps 140,2

5,9. *Et cantabant canticum novum cum exultatione.* Novum Testamentum, quod Ecclesia opere profitetur, dum in morte ipsius baptizatur, dicentes: *Dignus es, Domine Deus, tu solus immunis a peccato, quoniam occisus peccator non redemisset nos, accipere librum et solvere signacula eius quia occisus est et redemisti nos in sanguine tuo.* Non ex uno solo ordine, sed *ex omni tribu.* Et dicitur tribus a tribus ordinibus, scilicet militum, laborantium, sacrificantium, qui ordines continent septuaginta duas linguas: quarum singule continent populos multos; populi, nationes. Dicitur natio quando de populo aliqui moventur et incolunt novum locum. Per hoc notat redemptos ex omni diversitate et hoc dicit, *et lingua, etc.* 5,10. *Et fecisti nos Deo nostro regnum, spiritualiter regnantes, et sacerdotes,* nos ipsos offerentes et pro aliis orantes, *et regnabimus super terram,* vel bene cultam vel super terrenos excommunicando. 5,11. *Et vidi, in spirituali visione perstitti, et audivi.* Non solum animalia et seniores dabant testimonium Christo, sed etiam angeli qui omni studio et affectione iuvant et custodiunt Ecclesiam, qui gaudentes de consortio reparato, testimonium proferunt de incarnatione Domini, de nativitate, de passione, de resurrectione et ascensione, utpote illi qui in omnibus istis famulati sunt ei ipsumque testantur iudicem venturum. Vel angeli dicantur subditi animalibus et senioribus, scilicet angelicam vitam ducentes, qui circumdant et honorant suos predicatorum et iudices, testimonio eorum consentientes et illud confirmantes. Numerum finitum ponit, quia Deo finitus est numerus eorum, licet nobis sit infinitus. *In circuitu throni* quasi

5,9. opere *om.* P³ ~ dicentes *om.* P³ : *in marg. a.m.* T ~ *DEUS *om.* ω^g (*p. c. L*) ~ occisus peccator] nisi esset immunis α Tr_{inter lin} ~ accipere librum...redemisti nos *om.* α Tr ~ solvere] aperire septem P² ~ nos²] deo *add.* P³ ~ dicitur tribus] tribus dicitur P³ ~ militum laborantium] laborantium militum α Tr ~ laborantium] et *add.* α Tr ~ quorum] quarum α Tr : quaqua P³ ~ populi nationes] nationes populi P² ~ *nationes] et *add.* ω^g ~ de populo aliqui] aliqui de populo α Tr : nationes dicitur natio quando aliqui de populo *add.* m ~ locum] et *add.* P⁴ ~ ex³] ab α Tr ~ *et hoc dicit *om.* ω^g ~ etc.] et populo et natione *add.* P³ ~ 5,10. *aliis*] illis α Tr (*super illis a.m. scripsit aliis T*) ~ REGNABIMUS] REGNABUNT P⁴ ~ vel¹] super *add.* P³ *cum* ω^g ~ cultam] id est vitia superabimus vel regnabimus super terram viventium *add.* P³ ~ vel²] et *add.* P² : etiam P⁴ ~ super] insuper P³ ~ 5,11. *vidi*] etiam *add.* P² ~ spirituali visione] visione spirituali P³ P⁴ ~ solum] prelati *add.* P³ ~ seniores] id est inferiores predicatorum *add.* P³ : qui *add.* α Tr_{inter lin}. P³ ~ dabant testimonium] testimonium dabant α Tr ~ angelii] angelos α Tr^{r.} ~ et⁴] de P³ ~ proferunt] proterunt m ~ *domini] et *add.* ω^g ~ nativitate] et *add.* P⁴ ~ passione] et *add.* P⁴ ~ ascensione] domini *add.* P² ~ ei *om.* P⁴ ~ honorant] ornant α Tr ~ testimonio eorum] eorum testimonio L ~ confirmantes] milia milium scilicet multiplicata per milia *add.* P³ ~ eorum² *om.* P³ ~ licet...infinitus *inter lin.* Tr ~ sit infinitus] infinitus sit M ~ infinitus] insignitus P²

5,9. |CANTABANT| frequenter canebatⁱ |CANTICUM NOVUM| novam legem, scilicet Evangeliumⁱ; *novum* a vetustate innovans carnem, de superna iocunditate celestis patrie cantans^m |ACCIPERE LIBRUM| secundum humanitatemⁱ |APERIRE SIGNACULA| adhuc restantiaⁱ |QUONIAM OCCISUS ES| causa quare dignus esⁱ |ET REDEMISTI NOS| perfecte emistiⁱ |DEO| ad honorem Deiⁱ |EX OMNI| Ecclesiam collegisti ex omnibus gentibusⁱ |TRIBU| Iudeorumⁱ |ET LINGUA| gentiliumⁱ |POPULO| Iudaico vel territorio utriusqueⁱ |NATIONE| gentili conditioneⁱ 5,10. |ET FECISTI| redimendoⁱ |NOS| in quibus prius regnavit diabolusⁱ |REGNABIMUS| vitia superabimusⁱ 5,11. |VIDI| intellexiⁱ; imaginando sicut vidi imaginandoⁱ |AUDIVI VOCEM| congratulationemⁱ |ANGELORUM| ad litteramⁱ |THONI| Ecclesieⁱ |ANIMALIUM| scilicet prelatorum predictorumⁱ |SENIORUM| inferiorum prelatorumⁱ |MILIA MILIUM| innumerabilisⁱ |VOCE MAGNA DICENTIUM| congratulantiumⁱ

5,9. scilicet *om.* P⁴ ~ *novum*²...cantans *om.* L ~ territorio utriusque] tibi P⁴ ~ gentili] vel add. L 5,10. redimendo *om.* P⁴ 5,11. imaginando¹...imaginando² *om.* L ~ ad litteram *om.* P⁴ ~ ecclesie *om.* P⁴ ~ innumerabilis] innumerabilibus P⁴

munidores, *et erat numerus eorum*. Multos ponit, quia quanto maior multitudo, tanto maior attestatio, maior exultatio. 5,12. *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, immunitatem a peccato, et divinitatem*, quia Deus fuit, etsi visus mortuus, *et sapientiam, omnium rerum cognitionem et discretionem, et fortitudinem*, quia vicit diabolum, persistens in obedientia, *et honorem in resurrectione, et gloriam, impassibilitatem et immortalitatem, et benedictionem, exaltationem*. Et hoc exponit: 5,13. *et omnem creaturam*, ac si diceret: «*Ut in nomine Iesu omne genu flectatur*» *que in celo est, celestium, et super terram, terrenorum, et subtus terram, infernorum, et mare, ad litteram, vel mundum, et que sunt in eo.* Per hec omnia que Christo attribuit, contundit multorum hereses, quorum singuli aliqua ex his Christo subtrahebant. Deinde *omnes insimul tam animalia quam seniores et angelos audivi dicentes*, audivi testimonium confirmantes *sedenti in throno Deo Patri et agno secundum carnem. Benedictio, exaltatio, et honor impassibilitatis, et gloria in resurrectione, et potestas*, quia omnipotens, *in secula seculorum*, id est non ad horam sed in eternum. 5,14. *Et quatuor animalia dicebant: amen.* De istis iterum dicit, quia officium predicatorum est testimonia confirmare. *Et viginti quatuor seniores*, non superbientes de iudicio sibi commisso, *ceciderunt in facies suas*, humiliaverunt se ei in conscientia sua, scilicet videntes quo caderent. Qui enim in aliam partem cadit, non bene cadit, quia non videt quo cadat, *et adoraverunt*, venerantes Deum tota intentione mentis.

*munitores] ad custodiam ecclesie protectione *add.* ω^g: minores P²: imitatores P³ ~ eorum³] milia milium P³ ~ attestatio] *et add.* P³ ~ attestatio maior exultatio] b. exultatio adtestatio P⁴ ~ exultatio] voce magna dicentium *add.* P³ 5,12. *agnus inter lin.* Tr ~ deus *om.* P² ~ fuit] est P⁴ ~ mortuus] mortalis P⁴ ~ rerum *om.* a Tr ~ persistens] persistendo a Tr ~ gloriam] vel *add.* L ~ et immortalitatem *in marg.* P ~ et⁸] omnem *add.* P⁴ 5,13. *que in celo est celestium*] celestium *que in celo est* L ~ terrenorum] terrestrium P³ *cum ω^g ~ *QUE QUECUMQUE ω^g ~ testimonium*] illud *add.* P² ~ secundum carnem *om.* P⁴ ~ impassibilitatis] impassibilitas P³ ~ resurrectione] resurrectionem P² ~ *id est] *et ω^g : om.* P² 5,14. *et¹ om.* a Tr ~ predicatorum] predicatoris P⁴ ~ testimonial] testimonium P² ~ confirmare] subditorum *add.* P⁴ ~ conscientia sua] conscientiam suam P⁴ ~ sua *om.* L ~ scilicet] ut *add.* P² ~ caderent] cadererent a.c. a.m. T ~ *enim] autem ω^g ~ cadat] cadit P² P³: vel ceciderunt in facies suas nulli meriti se reputantes quamvis redacti in puras conscientias et cogitationes *add.* P³ ~ mentis *om.* L

5,13. Ut in nomine...infernorum *cfr.* Phil 2,10

5,12. [DIGNUS EST AGNUS] dignus accipere gratiam de septem donis Spiritus sancti que per ista septem notanturⁱ [ACCIPERE VIRTUTEM] id est habere laudem de hac virtute sed quia immunis a peccato sic per ceteraⁱ; Spiritum consiliiⁱ; Spiritus consilii est mundanarum divitiarum depositio et divine contemplationis adhesio. Spiritus intellectus est pecuniam dandi multis recusatio ut divitibus qui non indigent. Spiritus sapientie est terrenorum oblivio atque celestium cogitatio. Spiritus fortitudinis est exequendi bonum propositum perseveratio. Spiritus pietatis est in se et in aliis peccatorum pollutionis purgatio. Spiritus scientie est ad honorem Dei et hominum terrenorum bonorum congregatio. Spiritus timoris Domini est ne prava suggestione ad vomitum redeant^m [DIVINITATEM] intellectusⁱ [SAPIENTIAM] ut sunt contemplativi sapientie quantum ad celestia, fortitudinis ut perseverent^{im} [HONOREM] pietatisⁱ [GLORIAM] ut sunt activi: *gloriam* scientie quantum ad terrena regenda [BENEDICTIONEM] timorisⁱ 5,13. [ET OMNEM CREATURAM] non tantum intellexi angelos congratulantes de Filii Dei incarnatione et nativitate, sed etiam omnem creaturam^m [IN CELO] angelosⁱ [SUPER TERRAM] fideles in carneⁱ [SUBTUS TERRAM] fideles animaⁱ [MARE] <in> mari sunt, id est perseverantⁱ; in persecutio nē huius mundiⁱ [SEDENTI] ad honorem Patrisⁱ [IN THRONO] cordibus fideliumⁱ [AGNO] Filio dicentesⁱ [BENEDICTIO] de pura conscientiaⁱ [HONOR] de operibusⁱ [GLORIA] de constantia in tribulationeⁱ [POTESTAS] quam habemus contra inimicumⁱ 5,14. [QUATUOR] cum omnes hoc dicenter, maxime quatuor animaliaⁱ [ANIMALIA] evangelisteⁱ [AMEN] sine defectuⁱ [SENIORES] quia animalia dicebant hoc sine fine, ideo inferiores prelatiⁱ [CECIDERUNT] *ceciderunt* se exemplo quatuor animalium humiliaverunt, nullius meriti se reputantes, quamvis redacti in puras conscientias et cogitationes^m [ADORAVERT] in prophetis «valete» nuntiatum implesset de se in reparacione^m

5,12. gratiam *om.* P⁴ ~ id est habere...cetera *om.* L ~ non *om.* P⁴ 5,13. angelos *om.* P⁴ ~ in² *conieci restituendum* : *om. codd.* ~ de pura conscientia] puram conscientiam illuminando *p. c.* P⁴ 5,14. sine defectu *om.* P⁴ ~ in prophetis...reparatione *om.* L, *sed fort. secludendum*

CAPUT VI

6,1. Postquam ostendit per agnum completam esse reparationem humani generis, vult etiam annuntiare Ecclesie futuras tribulationes et contra auxilium et tandem coronas pro victoria, ut Ecclesia, tanto confusa suffragio et gaudens de promisso premio, omnino patienter et iucunde sustineat tribulari. *Et vidi quod aperuisset agnus unum de septem sigillis,* universis obscuritatibus, ut fideles Scripturas sanctas intelligant. *Et audivi unum de quatuor animalibus,* dicens, non personaliter, sed quia omnes sancti predicatorum: *Veni, fide et opere procede, et vide,* intellige impletam esse veritatem; et sicut Iohannes admonetur, ita ipse ceteros. Alii similiter quos possunt ad idem debent invitare. 6,2. *Et ecce albus equus,* id est Ecclesia in baptismo dealbata, que Christum assidue portat, *et qui sedebat, Christus, super illum habebat arcum.* Arcus significat divinas Scripturas quibus Deus et protegit suos et ledit inimicos. In arcu duo vero sunt: lignum et corda. Per lignum, quod per se est inutile, significatur Vetus Testamentum; per nervum, qui temperat et facit valere lignum, significatur Novum Testamentum, per quod valet vetus lex. *Et data est ei corona:* Christus quippe in suis de multis victoriis coronatur, vel ipse secundum humanitatem. *Et exivi portatus sanctis predicatoribus vincens in Iudea, ut vinceret in gentibus;* videns quidem diabolus Ecclesiam institui ad locum implendum unde ipse deciderat, nititur omnibus viribus ut eam impediatur et pervertatur. 6,3. *Et cum aperuisset sigillum secundum, ordine videndi, audivi secundum animal,* quantum ad ordinem, dicens: *Veni et vide,* procede de virtute ad virtutem, ut intelligas.

6,1. postquam...tribulari transposuit post confirmare (Apc 5,14) P² ~ humani generis] generis humani P³ *cum ωg ~ futuras tribulationes]* tribulationes futuras P² ~ *auxilium] auxilia ωg ~ promisso] gaudio et add. P³ ~ premio *om.* α Tr : et add. P² ~ omnino *om.* P³ *cum ωg ~ et4]* ac P⁴ P³ ~ *sustineat] sustinet ωg ~ sigillis] signaculis P³ ~ sanctas *om.* T ~ intelligent] intelligent P³ ~ DICENS] DICENTEM P⁴ ~ predicatorum] unum sunt add. α Tr : id est add. T Tr^{in marg.} ~ *procede] intellige iam procede ωg : id est add. P³ ~ et vide *om.* P³ ~ *intellige *om.* ωg ~ *esse² *om.* ωg ~ veritatem] virtutem P² ~ sicut] sic γ ~ *ita] et add. ωg ~ *alii] aliisque ωg : ut P² 6,2. albus equus] equus albus P³ *cum ωg ~ et qui sedebat christus non legitur* P³ ~ ledit non legitur P³ ~ vero *om.* P⁴ α Tr P³ ~ per¹ non legitur P³ ~ *per se est] est per se ωg ~ est inutile] inutile est P² ~ valere a.c. Tr ~ per quod...lex *om.* L ~ quod valet vetus non legitur P³ ~ lex *om.* P⁴ ~ est³ inter lin. M : *om.* T Tr ~ quippe in suis non legitur P³ ~ vel ipse secundum non legitur P³ ~ *in gentibus] et ut eam victoriam haberet exivit nascendo add. ωg : non legitur P³ ~ *videns...pervertat *om.* ωg ~ locum non legitur P³ ~ deciderat] ceciderat γ 6,3. vivendi] vel etiam tempore add. α Tr^{in marg.} ~ procede *om.* α Tr

6,1. |ET VIDI| spiritualiterⁱ |APERUISSET| moriendoⁱ |AGNUS| factusⁱ |UNUM| apertio primi sigilli ad ea pertinet exponenda que fuerunt facta ab Adam usque ad diluvium^m; quicquid de eo predictum fuerat usque ad ascensionem, quod fuit primus status, vel statum Ecclesie de illis septem qui erant signati et clausi in Veteri Testamento^m |DE SEPTEM SIGILLIS| per ista septem sigilla septem status Ecclesie ostenduntur quorum in lege misteria figurata erant: primus status est ab incarnatione Domini usque ad Spiritum paraclitum, secundus a Spiritu sancto usque ad illud tempus in quo Iudeis nolentibus converti dixerunt apostoli: «Ecce convertimur ad gentes», tertius conversio gentium, quartus quando conversi de Iudeis et gentibus ad hereticos tam de Iudeis quam de gentibus convertendos convenerunt, quintus in pace Ecclesie ubi nos modo sumus, sextus in tempore Antichristi, septimus in die quietis. Omnes istos status vel revelavit Deus vel revelatus est^m |ANIMALIBUS| predicatoribusⁱ |DICENS| predicansⁱ |TAMQUAM| imaginandoⁱ |VOCEM TONITRUI| hortatoriaⁱ |VENI| non passibus pedum sed mentisⁱ 6,2. |ET VIDI| hoc auditoⁱ |ET ECCE| quid viderim?ⁱ |EQUUS ALBUS| quia apostoli nichil passi fuerunt usque ad Spiritum paraclitum, ideo vocat eos albos^m; equus albus id est caro Christi portans divinitatem vel apostoli super quos Deus sedet vel alii predicatorum^m |SUPER ILLUM| in superiori parte illorum, id est in cordeⁱ |ARCUM| Novum et Vetus Testamentumⁱ; sagitte, id est divine sententie que penetrant cordaⁱ |ET DATA EST| a Patre victoria de diaboloⁱ |VINCENS| diabolum in seⁱ |UT VINCERET| in membrisⁱ 6,3. |CUM APERUISSET SIGILLUM SECUNDUM| apertio secundi sigilli eorum est expositio que a Noe usque ad Moysen facta sunt^m; secundum de persecutione malorum in effusione sanguinis sanctorum^m; cum revelaret ea secreta que post Spiritum paraclitum fuerunt usque ad conversionem factam de gentibusⁱ |SECUNDUM ANIMAL| predicatorum in secundo statu predicatorumⁱ |VIDE| provide tibiⁱ

6,1. quod] que P⁴ ~ predicans] predicanter P⁴ ~ imaginando om. L ~ non passibus...mentis] non pede sed mentis P⁴ 6,2. sagitte...corda om. L ~ a patre...diabolo om. P⁴ 6,3. sunt] est P⁴ ~ secundo] sancto L

6,1. Ecce convertimur ad gentes = Act 13,46

6,4. *Et exivit, implens opere que gerit in mente, alius equus*, longe diversus a primo, quia pessimus, *rufus*, sanguinolentus, scilicet manifestus persecutor. *Et qui sedebat*, id est diabolus, *super illum*, adhuc excelsior ipso equo, *datum est ei*, permisum a Deo, *ut sumeret pacem de terra*, ut auferret omnem quietem ab his qui terrenis sunt dediti. *Et ut invicem se interficiant* gladio materiali vel persuasoris. *Et datus est ei gladius magnus*, scilicet potestas nocendi non tantum in minores, sed etiam in maiores, ut Petrum et in consimiles, vel *magnus*, quia per totam terram. Hic notatur persecutio per hereticos facta, quia postquam diabolus per apertos persecutores non proficit, immittit hereticos, qui ut facilius falsitates suas persuadeant, permittunt etiam vera. Et quia hec persecutio citius decipit quam etiam aperta tribulatio, ponit statim contra hanc quoddam auxilium. 6,5. *Et cum aperuisset sigillum tertium*, sicut cetera, *et ecce equus niger*, offuscans sua vitia aliquibus operibus. *Et qui sedebat super illum*, quia quod sui per eum operantur ei attribuitur, *habebat stateram*, quia dicunt se habere veram discretionem in Scripturis et ideo suas sententias preponderare *in manu sua*, quia opere implet quod predican. Ecce auxilium, scilicet prohibetur eis ne ledant suos.

6,4. opere *om. a Tr ~ *que] quod ω^g ~ *in mente] corde ω^g ~ aliis non legitur P³ ~ *scilicet^{1]} id est ω^g ~ et qui non legitur P³ ~ *id est *om. ω^g ~ ILLUM*] EUM L ~ *ipso *om. ω^g* : illo P³ ~ ipso equo] equo ipso P² ~ equo] eques P⁴ ~ *deo] patre *add. ω^g ~ quietem] animi add. L : <animi?> add. sed non legitur P³ ~ sunt dediti] dediti sunt a Tr ~ INTERFICIAINT] INTERFICERENT P⁴ ~ vel¹ *om. P²* ~ persuasionis] concedente enim deo titus et vespasianus ierusalem destruxerunt et ut iosephus narrat se ipsos interficerunt propter angustias quas patiebantur *add. P³ cum ω^g ~ EI²*] ILLI P³ cum ω^g ~ *scilicet² *om. ω^g ~ ut⁴*] in *add. γ P² ~ in⁴ om. P³ cum ω^g ~ *magnus²*] magna ω^g ~ per hereticos facta] facta per hereticos M ~ facta...hereticos² *om. P³* ~ facilius] per *add. P⁴ ~ permittunt*] permiscent a Tr ~ etiam³] et *add. P⁴* 6,5. tertium] ordine *add. P²* : audivi quartum animal dicens veni et vide ordine *add. P³ ~ *sicut cetera om. ω^g ~ et² om. a Tr ~ offuscans...operibus om. P⁴ ~ vitia]*] opera P² ~ illum] eum a Tr^{inter lin.} : id est *add. a Tr ~ quod¹ inter lin.* T ~ *sui per] super ω^g ~ operantur] operabantur P² ~ ei attribuitur] ipsi attribuimus P³ cum ω^g ~ stateram] in manu sua *add. T ~ quia²*] qui P⁴ ~ *quia opere...predican *om. ω^g ~ quod² post quia³ transposuit P²* : que P³**

6,4. |EXIVIT| rabiem suam contra predicatoros ostendit^m; ideo providendum tibi est quia ab amicitia Dei in qua erat exivitⁱ |RUFUS| Iudaicus populusⁱ; *rufus* infidelis vel sanguine predictorum perfusus |QUI SEDEBAT| in mente suaⁱ |EIⁱ| diaboloⁱ |PACEM| veramⁱ |DE TERRA| de corde terrenorumⁱ |ET UT INVICEM| id est non solum sanctosⁱ; id est concedente enim Deo, Titus et Vespasianus Iersualem destruxerunt vel, ut Iosephus narrat, seipso interfecerunt propter angustias quas patiebantur^m |ET DATUS EST EI| diabolo vel equoⁱ |GLADIUS| potestas magnaⁱ; et lingua eorum gladius acutusⁱ 6,5. |SIGILLUM TERTIUM| tertia sigilli apertio legis est expositio^m; secreta in tertio statu futuraⁱ; predicatoros in tertio statuⁱ |AUDIVI TERTIUM ANIMAL DICENS: VENI ET VIDE| provide tibiⁱ |ET²| qua re est tibi providendum quia ECCEⁱ |EQUUS| gentilis populusⁱ |NIGER| hereticusⁱ; denigratus fumo idolatrieⁱ |SEDEBAT| diabolusⁱ |STATERAM| vere habebat stateramⁱ; modum nocendi a Deo constitutum, quia non potest ledere quemquam, nisi iusto iudicio Dei^{mi} |IN MANU SUA| scilicet in malitiaⁱ

6,4. perfusus] ostendit *add.* P⁴ ~ interficerunt] interficerent P⁴ ~ vel equo *om.* P⁴
 6,5. tertia sigilli] tercium sigillum *a.c.* P⁴ ~ expositio] quasi cera litteras claudens sic septem sigilla veteris testamenti clausa erant *add.* P⁴ ~ hereticus *om.* L ~ stateram] scilicet prohibetur eis ne ledant suos *bic transposuit* P⁴

6,6. Et hoc est: *et audivi tamquam vocem in medio angeli existentis in medio quatuor animalium dicentium*, ne ledatis fideles meos, quia *bilibris*, id est Ecclesia facta de duobus populis, constat michi *denario uno*, id est uno pretio, scilicet sanguine meo. Bilibris dicit mensura que tenet duos sextarios; tritum sunt perfectiores, qui tribulatione attriti, igne excocti sunt, Deo suavis cibus ac sine ulla palea. Hordeum sunt non adeo perfecti, in quibus, licet valde sint triti, est tamen aliqua palea. *Et tres bilibres ordei denario*, hoc unico pretio sanguinis, *et vinum*, qui alios inebriant. Vinum sunt illi qui in se ferventes inebriant alios ad amorem spiritualem. *Oleum* sunt illi qui, uncti Spiritu sancto et pleni, scilicet orationibus intenti, persistunt in contemplationem.

6,6. *et hoc est *om. ωg ~ bilibris^{1]}* tritici *add. P³ ~ *id est¹ om. ωg ~ michi inter lin. T ~ id²*] hoc α Tr^{p. r. ~ pretio...sanguine non legitur} P³ ~ scilicet sanguine meo] sanguine meo scilicet P² ~ sextarios] vel aliter <...> id est illos qui sunt libra id est serventes precepta apostolorum?> per libram designatorum in qua <sunt duodecim uncie?> et hoc quod sunt libra est per hoc <quod habent dilectionem dei et proximi vel <bili>bres fidem s<ancte> trinitatis haben <...> add. sed non omnia verba leguntur P³ cum ωg ~ attriti non legitur P³ ~ cibus ac sine non legitur P³ ~ ac] id est α Tr ~ adeo perfecti non legitur P³ ~ triti non legitur P³ ~ hoc²] id est α Tr ~ unico] uno P³ cum ωg ~ pretio¹] <...> add. sed non legitur P³ ~ *sanguinis] sanguine ωg : om. P³ ~ *et pleni om. ωg

6,6. [IN MEDIO] in protectione omnium predicatorum vel Ecclesieⁱ [BILIBRIS] Notandum quod, ostendo rufo equo, unum animal tantum, ostendo nigro, omnia simul animalia dedisse vocem dicantur. Quod ideo factum est quia aperta persecutio levis est ad cavendum, sed hereticorum seductio perniciosior est et multa subtilitate cavenda. Ad quod simul clamasse dicuntur quatuor animalia, *audi vi vocem animalium dicentium*: «Tu sessor nigri equi, scito quia bilibris tritici constat michi denario uno et tres bilibres ordei constant simili- liter denario, et hos ne leseris». Per triticum hi qui iugi attritione suavem panem Deo ad refectionem se ipsos faciunt figurantur, per ordeum vero hi qui non tantam attritionem patiuntur bene, tamen operando panis refectionis Deo sunt. De utrisque autem et perfectioribus et minus perfectis Deus reficitur et de tritico dicitur habere *bilibres*, id est binas libras, quia de utroque populo unitatem perfectionis, et Iudeo et gentili, possidet. Quia etiam minus perfecti pluriores sunt, ideo de ordeo dicitur habere plures quam de tritico; in eo autem numero pluralitatis aliquid mysticum signat: per tres enim fidem Trinitatis eos habuisse significat. Et triticum et ordeum comparatur uno denario, quia eodem pretio sanguinis Christi omnes eque comparati sunt^m [OLEUM] unctos Spiritu sanctoⁱ [NE LESERIS] ne leseris ultra modo *bilibres*, id est illos qui sunt libra, id est servantes precepta apostolorum, per libram designatorum in qua sunt duodecim uncie. Et hoc quod sunt libra est per hoc quod habent dilectionem Dei et proximi: que dilectio designatur per hoc quod dicit bilibris. Et qui sunt *tritici*, id est panis iocundus et refectione aliorum per suam predicationem, ideo *ne leseris*, quia empti sunt denario, id est me ipso qui sum denarius; vel ideo *ne leseris* quia, cum servent doctrinam apostolorum, non servant pro terrenis sed pro denario, id est ut possint recipere denarium, id est memetipsum. Et non tantum illos *ne leseris*, sed etiam illos qui sunt *tres*, id est fidem sancte Trinitatis habentes et sunt bilibres, ut superius, et sunt ordei, id est aliorum refectione, licet aspera et inculta. Et etiam illos *ne leseris* qui sunt *vinum*, id est ardentes in fide vel alios calefacentes et inebriantes sua predicatione. Et illos *ne leseris* qui sunt *oleum*, id est caritativi^m; *tu etiam ne leseris vinum et oleum*. Per oleum et vinum fideles qui, prelio tribulationis pressi, in cellario ponuntur; vel per vinum inebriati Spiritu sancto, quasi torrens impetuosi ad ferenda quelibet; per oleum qui iocunditate eiusdem Spiritus delibuti sunt figurantur^m 6,7. [CUM APERUISSET SIGILLUM QUARTUM] secreta quarti sigilliⁱ [AUDIVI VOCEM] predicatores quarti statusⁱ [ANIMALIS DICENTIS: VENI] provideⁱ [ET VIDE] quarti sigilli apertio est prophetarum expositio^m

6,6. cavenda] cavendi P⁴ ~ et⁴ *om.* P⁴ ~ possidet] possidi L ~ significat] signum P⁴ ~ memetipsum] me ipsum P⁴ ~ oleum et *om.* P⁴ ~ vel⁴ *om.* P⁴

6,6. eodem pretio...comparati sunt *cfr.* I Cor 6,20 *et* Eph 1,7

6,8. *Et ecce.* Hic notatur persecutio ex falsis fratribus, quia non proficiens diabolus per apertas tribulationes vel per manifestas hereses, immittit falsos fratres, qui sub specie religionis proferant venenum nocendi, sed hi non habent effectum nisi per predictos. *Equus pallidus*, quasi ex religione affligens se, et *qui sedebat super eum*, diabolus, *nomen illi mors*. Quia ipse est causa totius nostre mortis vel quia ipse occidit quosdam in corpore, quosdam in anima. *Et infernus*, id est insatiabiles terrenis vel qui sunt in inferno deputati. *Et data est illi potestas super quatuor partes mundi*, id est super omnes malos in omni parte terre, *interficere gladio*, apertis occisoribus, *fame* divini Verbi, scilicet per hereticos, et *morte*, mala persuasione. *Et bestiis terre*, tribulationibus et non occisoribus vel ad litteram. 6,9. Ostensis tribulationibus, ne isti deficiant, ostendit eis consolationem egregiam, scilicet coronam et gloriam quam recipient hi qui in patientia tribulari non recusant. *Et cum aperniisset sigillum quintum*, vidi subtus altare, sub Christo. Altare Christus accipitur, super quem Deo offerimus. Per ipsum enim solum mediatorem Deo placere possumus, sub quo sunt omnes fidelium anime, quia et indigniores in eius protectione; vel *sub*, id est in absconso, quia nemo in hac vita percipit quomodo ibi sint, *animas interfectorum* vel aperto martyrio vel aliqua anxietate, *propter Verbum Dei*, id est quia precepta Dei in se adimpleverunt, et *propter testimonium*, quia aliis testati sunt. 6,10. *Et clamabant voce magna* in remisso desiderio. *Usquequo Domine, sanctus*, amans omnem sanctitatem, et *verus* in promissis, *non iudicas sanguinem nostrum*, faciendo discretionem bonorum et malorum, ut impleatur consortium nostrum, et *vindicas*, penas inferendo, *de his qui habitant amore in terra*, in terrenis. Desiderant quidem sancte anime ut numerus fratrum impleatur et placet eis iusta sententia, scilicet ut mali pena veniat.

6,8. hic *non legitur* P³ ~ quia non *non legitur* P³ ~ diabolus] vel *add.* P³ ~ proferant venenum] venenum proferunt P³ ~ *predictos] scilicet (vel P⁴) per apertos tribulatores vel per hereses *add.* ω^g : scilicet *add.* P²: scilicet per apertos religionis laqueos id est per hereticos qui *add.* P³ ~ affligens] affligerentes L ~ eum] illum L α Tr ~ nostre mortis] mortis nostre P² ~ vel³ *om.* P² ~ illi] ei L : *om.* α Tr ~ mundi] terre *add.* P³ ~ omnes *om.* P⁴ P³ ~ *tribulationibus] tribulatoribus ω^g ~ non³ *om.* α Tr 6,9. scilicet] vel P⁴ ~ *recipient] recipiunt ω^g ~ tribulari] tribulati vel tribulari Tr (vel tribulari *inter lin.*) ~ SIGILLUM QUINTUM] QUINTUM SIGILLUM P⁴ ~ sub christo *om.* L ~ christo] animas interfectorum *add.* P³ ~ solum *om.* α Tr : dei *add.* P² ~ sunt¹ *om.* P² ~ *indigniores *om.* ω^g : et magis digni omnes *add.* γ : et *add.* T Tr ~ in²] sub γ P² : *om.* P⁴ P³ ~ eius *om.* P⁴ ~ sub²] subter P³ ~ absconso] abscondito P⁴ ~ in hac vita percipit] percipit in hac vita γ ~ percipit *om.* P³ ~ animas interfectorum *om.* P³ ~ aperto] aperta P³ ~ id est² *om.* γ P² ~ precepta dei *om.* P³ *inter lin.* Tr ~ *dei² *om.* ω^g ~ adimpleverunt] adimpleverint P⁴ ~ *TESTIMONIUM] et *add.* ω^g ~ testati sunt] humanitatem *add.* P⁴ 6,10. desiderio] dicentes *add.* P³ ~ domine *om.* P² P³ ~ amans] habens α Tr ~ omnem *om.* P⁴ ~ iudicas] vindicas γ P² P³ ~ bonorum et malorum] malorum et bonorum α Tr ~ *desiderant...veniat *om.* ω^g ~ pena veniat] puniantur α Tr

6,8. |EQUUS PALLIDUS| heretici fingentes se bonos^{im}; heretici tam de Iudeis quam de gentibusⁱ |MORS| quia mordet corpore et animaⁱ |INFERNUS| qui erant deputatiⁱ |SEQUEBATUR| imitabaturⁱ |ET DATA EST| concessa a Deoⁱ |QUATUOR PARTES TERRE| ad litteramⁱ |GLADIO| materiali vel spiritualiⁱ |FAME| ergastulo carcerisⁱ |MORTE| animam separandoⁱ |BESTIIS| id est per principes terre bestiali more viventes^m 6,9. |CUM APERUISSET SIGILLUM QUINTUM| apertio quinti sigilli expositio eorum que de laboribus martyrum per figuras predicta sunt^m |APERUISSET| reserassetⁱ |SIGILLUM QUINTUM| statum quintum sancte Ecclesie sigillatum et clausum in Veteri Testamentoⁱ |VIDI| spiritualiter intellexiⁱ |SUBTUS| sub divina protectioneⁱ |INTERFECTORUM| interfectorum dicoⁱ |VERBUM DEI| quia predicabant Christi divinitatem vel predicationem^{im} |PROPTER TESTIMONIUM| et conferebant testimonium de humanitateⁱ |QUOD HABEBANT| christianitatisⁱ 6,10. |ET CLAMABANT| quodam affectuⁱ |VOCE MAGNA| devotaⁱ |USQUEQUO| id est usque ad quod tempusⁱ |SANCTUS| in operibusⁱ |JUDICAS ET VINDICAS| non *indicas* reddendo nobis premia, *vindicas* sumendo penas de illis^{mi} |QUI HABITANT IN TERRA| diligunt terrenam conversationemⁱ

6,8. qui erant deputati *om.* L ~ materiali vel spirituali *om.* L ~ animam separando *om.*
 L 6,9. quintum sancte ecclesie] sancte ecclesie quintum P⁴

6,11. *Et date sunt illis singule albe stole*, id est beatitudo solius anime, nondum corporis, *et dictum*, id est inspiratum, *est illis* a Deo, ut patienter exspectarent. Et hoc est: *ut requiescerent adhuc modicum tempus, donec impleantur conservi eorum*, ad quam exspectationem hortatur eos duobus modis, scilicet gratia Domini, et hoc est cum dicit: *conservi eorum*; et item propter fraternalm dilectionem ipsorum quos desiderant, et hoc est ubi dicit: *et fratres eorum*. 6,12. *Et vidi cum aperruisset sigillum sextum*, sicut in ceteris sextis, ita in hoc sexto sigillo notat passionem que tempore Antichristi futura est et quem habeat finem, scilicet iudicium venturum. Et possunt hec legi ad litteram vel ad allegoriam. *Et terremotus factus est magnus*, terreni sunt multum turbati persecutione Antichristi. *Et sol factus est niger*, Christus sol verus et modo clarus, tempore Antichristi erit obscurus, scilicet non coruscans ullis miraculis; vel sol dicantur illi potiores in sancta Ecclesia, qui ceteros illuminant, qui sunt nigri, id est vincti in predicatione sua et nichil proficientes. *Tamquam saccus*, id est, licet extra nigri, intus tamen suam claritatem retinentes; *cilicinus*, id est rei et peccatores reputacione eorum, *et luna tota*, id est Ecclesia que crescit et decrescit, *facta est sicut sanguis*, scilicet sanguinolenta et contrita. 6,13. *Et stelle celi*, scilicet minores sole et tamen bene clari et illuminantes Ecclesiam, *ceciderunt super terram*, devocati sunt ad terrena, *sicut ficus mittit grossos suos, cum a vento movetur*. Grossus est fructus inanis, qui cito cadit: in qua comparatione intelligitur quod hi quos permittit Deus cadere ab Ecclesia non sunt firmiter alligati vera dilectione. Qui enim vere Deum diligunt, nulla temptatione possunt divelli ab eius dilectione.

6,11. *ILLIS] EIS P⁴ ~ albe stole] stole albe T P³ : et dictum est illis add. et post. del. T ~ *id est¹ om. ω^g ~ dictum] eis add. P² ~ id est² om. α Tr ~ *ADHUC MODICUM TEMPUS] PER TEMPUS ADHUC MODICUM ω^g : tempus adhuc modicum P³ ~ tempus donec] donec tempus M ~ *et hoc est² om. ω^g ~ impleantur] compleantur L P³ : inter lin. Tr ~ eorum¹] scilicet confessores et fratres eorum qui interficiendi sunt sicut et illi scilicet martyres add. P³ cum ω^g ~ scilicet] et add. L ~ domini] dei α Tr 6,12. sextum om. P² ~ *ita] etiam ω^g ~ hoc om. M ~ passionem] persecutionem α Tr ~ habeat finem] finem habeat P³ ~ venturum] futurum α Tr ~ *et³...allegoriam om. ω^g ~ hec om. P² ~ turbati] perturbati L : conturbati P⁴ ~ antichristi] ecce add. P⁴ ~ niger] id est add. P³ ~ *verus] meritis ω^g ~ tempore antichristi] antichristi tempore P² ~ erit obscurus] obscurus erit P² ~ ullis] illis P⁴ ~ dicantur] dicuntur T ~ sunt²] erunt α Tr ~ id est¹ om. P⁴ ~ vincti] victi L ~ in⁴ om. L ~ *intus tamen suam claritatem retinentes] tamen suam claritatem intus retinentes ω^g ~ tota id est ecclesia] id est ecclesia tota α Tr ~ id est⁴ om. L ~ scilicet³] id est L 6,13. *scilicet] id est ω^g ~ *minores] aliquid luminis in re retinentes minus sole add. ω^g : om. α Tr ~ ad terrena om. P² ~ *vento] magno add. ω^g ~ fructus] ficus P² P³ ~ permittit] permittat P² ~ ab ecclesia om. P⁴ ~ non] nondum P² ~ sunt firmiter] firmiter sunt P² P³ ~ *vera] in ω^g ~ *deum diligunt] diligunt deum ω^g ~ vere om. α Tr ~ temptatione] tempestate P³ cum ω^g*

6,11. |ET DATE SUNT ILLIS SINGULE ALBE STOLE| diceret aliquis: Quandoquidem sunt in divina protectione, cur clamant? Quia deest illis immortalitas secundum carnem quam recipient in iudicio et hoc est^m; habent ante resurrectionem sancti singulas stolas, quando in sola anima beatitudine fruuntur eterna, sed post binas, quando, receptis corporibus, et in anima erunt immutabiles et in corpore incorruptibles, unde Isaías: «In terra sua duplia possidebunt»^m |STOLE| immortalitas vel beatitudo secundum animamⁱ |REQUIESCERENT| quantum ad corpusⁱ; perⁱ |TEMPUS ADHUC MODICUM DONEC| tamdiuⁱ |CONSERVI EORUM| confessores vel angeliⁱ |ET FRATRES| martyresⁱ |EORUM QUI INTEFICIENDI SUNT| 6,12. |ET VIDI| hoc scilicetⁱ |CUM APERUISSET SIGILLUM SEXTUM| apertio sexti sigilli ad tempora pertinet Antichristi^{im}; secreta in tempore Antichristiⁱ |TERREMOTUS MAGNUS| totum ad litteram vel magna commotioⁱ |SOL| perfectissimi alios illuminantesⁱ |NIGER| contemptibilisⁱ |LUNA| mediocres in Ecclesiaⁱ |SICUT SANGUIS| ita vilis ut omicidaⁱ 6,13. |CECIDERUNT| a fide, licet antea essent *super terram*, id est super vitia destruenda, tamen ceciderunt^m |SICUT| et sic *cecidunt* sicut vilis res secundum litteramⁱ |GROSSOS SUOS| scilicet malos fructusⁱ

6,11. sunt *om.* P⁴ 6,12. hoc scilicet *om.* L ~ vel *om.* P⁴ ~ perfectissimi alios illuminantes] alios illuminantes perfectissimi P⁴ 6,13. tamen] cum P⁴

6,11. habent...possidebunt = Haimo, *ExpApC*, PL 117, col. 1031A ~ In terra...possidebunt = Is 61,7

6,14. *Et celum recessit sicut liber involutus*, id est sancti predicatorum cessabunt a predicatione impiorum, *et omnis mons*, id est omnis eminens in virtutibus vel, si accipiatur mons in malo, dicemus *omnis mons*, id est elati in superbia, *et insule*, id est agitati negotiis secularibus, recedunt a fide et bonis operibus. Vel insule, id est tonsi persecutionibus, movebuntur a statu priori vel separabuntur ab impiis fide et opere. 6,15. *Et reges terre*. Ecce ponit finem, scilicet quid fiat in iudicio, scilicet de omni conditione hominum volent se abscondere realiter in adventu iudicis. Vel *reges*, id est carni resistentes, *et principes et tribuni* maiores et minores, *et divites* in bonis operibus, *et fortes* contra temptationes, *et omnis servus*, id est coniugatus, *et liber* a coniugio, *absconderunt se*, petent suffragia *in speluncis*, id est obumbratione et defensione, *et petris*, soliditate *montium*, angelorum et aliorum sanctorum. Si de prorsus perditis dicamus, *absconderunt se in speluncis montium*, scilicet configunt ad auxilia demonum quibus servierunt. 6,16. *Et dicent montibus et petris: Cadite super nos*, vel ad litteram vel secundum predictas allegorias, *a facie sedentis*, a cognitione, *et ab ira agni*, 6,17. et iam necesse est, *quoniam venit dies magnus ire ipsorum*, *et quis poterit stare*, nisi vestris auxiliis adiutus?

6,14. *omnis mons*^{1]} omnes montes L ~ eminens] altius add. P² ~ *omnis*² om. P⁴ : *inter lin.* P³ ~ si] sic L a.c. : om. P⁴ P³ ~ *insule*^{1]} de locis suis mote sunt add. P³ ~ *recedunt] recedent ω^g ~ id est tonsi *inter lin.* a.m. (?) T ~ *tonsi] a add. ω^g ~ *priori] primo ω^g: priorum P² ~ fide *in marg.* a.m. T ~ fide et opere] opere et fide P⁴ ~ opere] operibus M 6,15. *omni om.* M ~ finem] fidem a.c. P⁴ ~ scilicet quid fiat] quid fiat scilicet L ~ resistentes] obstantes a Tr ~ et principes et tribuni] et tribuni et principes P² Tr^{a.c.} : et add. P³ ~ maiores] principes add. P³ ~ et minores] et iuniores γ : om. P³ ~ *coniugio] vel a vita add. ω^g ~ absconderunt se om. P² ~ petent] petunt T ~ *defensione] et add. ω^g : vel in speluncis heremitarum add. P³ ~ petris] et add. P³ ~ soliditate *montium*] montium soliditate P² : id est add. a Tr^{in marg.} ~ angelorum] vel qui sunt montes eminentia virtutum aut etiam add. a Tr^{in marg.} ~ et aliorum sanctorum om. a Tr ~ sanctorum om. P² ~ si...montium² *in marg.* Tr ~ de prorsus perditis] perditis de prorsus L : prorsus de perditis P⁴ ~ dicamus] legamus P³ ~ montium² om. γ ~ scilicet^{3]} id est a Tr : vel P² ~ configunt] configunt L ~ configunt ad auxilia demonum] ad auxilia demonum configunt P³ ~ ad *inter lin.* Tr ~ auxilia] auxilium P⁴ a Tr ~ demonum] demonum L 6,16. *DICUNT ω^g ~ nos] scilicet in fide firmis cooperatori nobis vestris orationibus add. P³ ~ secundum] ad P⁴ ~ SEDENTIS] id est add. P⁴ : cadentis P² : super thronum add. P³ ~ agni] christi domini add. P² P³ : christi add. Tr 6,17. *et iam] etiam ω^g ~ *auxiliis] suffragis ω^g

6,14. |CELUM| doctrina evangelicaⁱ |RECESSIT| a mentibusⁱ |SICUT LIBER| in quo nichil videtur a contemplatoreⁱ |INVOLUTUS| non apertusⁱ |INSULE| activi in amaritudine huius mundi positi^m |DE LOCIS SUIS| sententiis vel realiterⁱ 6,15. |REGES| apostoliⁱ |PRINCIPES| archiepiscopiⁱ |TRIBUNI| episcopiⁱ |DIVITES| sacerdotesⁱ |FORTES| diaconiⁱ |ABSCONDENTUR| id est absconderunt se tempore Antichristiⁱ |SPELUNCIS| habitaculis heremitarum vel orationibusⁱ |PETRIS MONTIUM| in sententiis contemplativorum vel in defensionibus doctorum in sanctitate excellentissimorum^m 6,16. |MONTIBUS| sanctissimis illisⁱ |PETRIS| fundatis in fide^{mi} |CADITE| compatimini et condescendite nobis vestris orationibus^{im} |ABSCONDITE| id est si quid labis habemus delete et purificate nosⁱ; *abscondite nos ne inveniat nos reprobos sed fideles, peccatis nostris vostro interventu et sua miseratione protectis^m |FACIE| iraⁱ |SEDENTIS| Patrisⁱ |AGNI| Christi Dominiⁱ*

6,17. |IPSORUM| Patris et Filiiⁱ |QUIS POTERIT STARE| dignus erit ante presentiam suamⁱ

6,14. mentibus] eorum *add.* P⁴ ~ contemplatore] contemplatione P⁴ 6,16. sanctissimis illis *om.* L ~ CADITE] id est *add.* P⁴ ~ delete] lete L ~ vostro] nostro P⁴
 6,17. filii] filiorum *a.c.* P⁴ ~ presentiam] prescientiam *a.c.* L

CAPUT VII

7,1. Descripto tanto bello Ecclesie ne sui desperando deficerent, confortat eos per quoddam suum auxilium, scilicet cum diabolus paratus sit ubique fidelibus nocere, prohibetur a Domino ut numquam suos possit impedire. *Post hec*, secundum ordinem visionum, *vidi quatuor angelos stantes supra quatuor angulos terre*, id est diabolos, qui tantum dicuntur angeli secundum dignitatem creationis vel quia mittuntur ad puniendos malos et probandos bonos. Quatuor dicit eos qui nocere habent in quatuor partibus mundi, *tenentes quatuor ventos terre*. Per ventos accipit predicatores, quia, sicut ventus excitans nubes irrigat terram et facit fructificare et faciem terre ilarem facit, sic predicationis mentes hominum. Quatuor dicuntur isti sicut predicti, *ne flaret ventus super terram*. Per terram accipit habitantes in terra vel terrenis deditos, per mare habitantes in insulis ver variis vitiis fluctuantes. Per *arborem*, que iam excrevit aliquantulum de terra, scilicet qui fidem recepit vel qui iam paratus est fructum facere. Ecce auxilium contra predictos angelos, quia Christus prohibet eos nocere suis. 7,2. *Et vidi angelum*, Christum, alterum, prorsus diversum a predictis, *ascendentem*, scilicet mundum, *ab ortu solis*, illuminantem sicut sol, *habentem signum Dei vivi*, id est crucem, qua suos signaret, vel immunitatem a peccato, ex quo Deus appetet, *et clamavit voce magna quatuor angelis*, quando demones in passione a potestate deiecit cum magno imperio – clamare Dei facere est – *quibus datum est nocere terre et mari*, 7,3. *dicens*. De arbore tacet, quia ipsa excrevit de terra vel de mari. *Quoadusque signemus servos Dei nostri*, donec ego

7,1. *desperando] desperati ω^g : om. α Tr ~ confortat] confortatur P⁴ ~ suum] suorum T ~ suum auxilium] auxilium suum P³ ~ scilicet¹ *inter lin.* Tr ~ paratus sit] sit paratus α Tr ~ domino] deo a.c. P² ~ ut *inter lin.* Tr ~ numquam] nusquam P³ *cum* ω^g ~ stantes...angulos om. P² ~ diabolos] diabolos a.c. T ~ qui² om. P⁴ : quia α Tr ~ noce-re] vocem L ~ partibus mundi] mundi partibus P⁴ ~ ventos²] terre add. P⁴ ~ excitans] excutiens α Tr ~ per terram *inter lin.* a.m. (?) T ~ *per³ om. ω^g ~ in terra *inter lin.* a.m. (?) T ~ *vel³] in add. ω^g ~ vitiis fluctuantes] fluctuantes vitiis α Tr ~ que] qui P² ~ excrevit aliquantulum de terra] aliquantulum de terra excrevit α Tr ~ excrevit *inter lin.* Tr ~ aliquantulum de terra] de terra aliquantulum P² ~ quia cristus *non legitur* P³ ~ ecce...suis *rectius post ET VIDI ANGELUM* 7,2. *ANGELUM ALTERUM] ALTE-RUM ANGELUM ω^g ~ angelum] id est add. α Tr^{inter lin.} ~ prorsus] id est γ ~ *predictis] quatuor add. ω^g ~ scilicet om. α Tr ~ solis] id est add. γ ~ illuminantem] illuminantis P² ~ sicut *non legitur* P³ ~ vel] et P³ ~ appetet] appareret P² ~ quatuor angelis om. P³ : *inter lin.* a.m. (?) Tr ~ ANGELIS] exclamaverunt add. P⁴ ~ in passione om. P² ~ a potestate deiecit] deiecit a potestate P ~ *cum om. ω^g ~ *clamare dei est facere] dei clamare est facere ω^g ~ est...datum *non legitur* P³ 7,3. *dicens*] <nolite no>cere terre et mari neque arboribus> add. P³ ~ de arbore *non legitur* P³ ~ excrevit] excrescit P³ *cum* ω^g ~ vel de mari om. α Tr ~ quoadusque] quoque α Tr

7,1. [HEC] predictaⁱ |VIDI| causam predicte persecutionis intellexiⁱ |ANGELOS| angelos malignos spiritus inferentes quatuor principalia vitia, scilicet debilitatem, insipientiam, intemperantiam, iniustitiam^m |ANGULOS| partesⁱ |QUATUOR VENTOS| quatuor virtutes: fortitudinem, prudentiam, iustitiam, temperantiam, vel predicatores qui separant bonos a malis ut ventus paleas a tritico^m |SUPER TERRAM| id est super illos qui sunt arabiles et divinum semen accipere possuntⁱ |SUPER MARE| fluentes et instabilesⁱ |IN ULLAM ARBOREM| id est in illos qui habent radicem fidei et tamen a persecutionis vento sunt agitabilesⁱ 7,2. |ALTERUM ANGELUM| angelus iste est de quo scriputm est: «Vocabitur nomen eius magni consilii». Angelus qui *ab ortu solis* descendit, id est a semetipso, qui utique sibi carnem immaculatam creavit in Virgine et est verus sol non procedens a concubitu viri, sed a semetipso. Signum Dei vivi est divinitas. In carne enim positus, signa Dei habuit, quia fecit ea que Dei sunt, unde: «Opera que ego facio ipsa testimonium perhibent de me». Vel ascendit *ab ortu solis*, id est a Patre a quo ipse accepit solarem ortum in Virgine secundum divinitatem et ab ipso veniet ad iudicium, quia «Pater omne iudicium dedit Filio», habens *signum Dei vivi*, quia tunc patebit omnibus quod quamvis mortuus esset secundum carnem, vivus tamen permanxit in divinitate^m |ASCENDENTEM| corda fideliumⁱ |AB ORTU SOLIS| sicut sol qui procedebat a ratione in illis de Deo orienteⁱ |HABENTEM SIGNUM DEI VIVI| facientem eos habere fidelem memoriam vel omnipotentiam^{mi}; Pater et Filiusⁱ |MAGNA| devotaⁱ |QUATUOR ANGELIS| quatuor vitiis principalibus vel malignis spiritibus ea inferentibusⁱ |DATUM| concessumⁱ 7,3. |NOCERE| ultra modumⁱ |QUOADUSQUE| expectantesⁱ

7,1. predicte *om.* P⁴ ~ partes *om.* L ~ possunt *om.* P⁴ ~ ULLAM P⁴ ~ in *om.* L
 7,2. signa] signum P⁴ ~ divinitate] divinitatem *a.c.* L ~ sicut sol *post a ratione trans-*
posuit P⁴ ~ pater et filius *om.* L 7,3. ultra modum *om.* P⁴

7,2. angelus...semetipso = Haimo, *ExpAp*, PL 117, col. 1034D ~ Vocabitur...consilii = Is 9,6 ~ Opera...me = Io 5,36 ~ Pater omne...Filio = Io 5,22

interius et mei exterius signo crucis discernamus *in frontibus eorum*. Signum in fronte, quod quidem in aperto est, significat confessionem oris, que nec in tribulatione debet taceri; signum in pectore confessionem cordis significat. 7,4. *Et audivi, intellexi, numerum signatorum*, omnes eos signandos qui per istos significantur *centum quadraginta quatuor millia*. Finitum numerum ponit signatorum, quia Deo est finitus, licet nobis sit infinitus. Hunc autem numerum ideo ponit, quia per suas partes significat predicatores sancte Trinitatis. Constat enim ex duodenario in seipso multiplicato. Per duodecim, qui constat ex tribus et quatuor, habemus eos qui sunt signati fide sancte Trinitatis in quatuor partibus mundi; per mille perfectionem significamus, *ex omni tribu*, id est ex omnibus gentibus *filiorum Israel*, qui sunt viri *Deum videntes*.

discernamus] discernam γ ~ quod quidem in *non legitur* P³ ~ que nec in *non legitur* P³ ~ in pectore *non legitur* P³ 7,4. *audihi non legitur* P³ ~ eos signandos *non legitur* P³ ~ istos] illos P² ~ milia *non legitur* P³ ~ *MILIA] SIGNATI add. ω^g ~ finitum numerum...infinitus *om.* P⁴ ~ autem *non legitur* P³ ~ duodenario] duodecim T Tr ~ constat ex tribus et quatuor] ex tribus et quatuor constat α Tr ~ habemus...quatuor *om.* P² ~ perfectionem *om.* P² ~ perfectionem significamus] significamus perfectionem α Tr ~ *id est *om.* ω^g ~ *DEUM VIDENTES] VIDENTES DEUM ω^g ~ videntes] per centum qui perfectus est numerus habemus perfectionem virtutum per quadraginta abstinentiam iejunorum per quatuor observantiam quatuor evangeliorum per mille eterna beatitudi designatur ad quam qui venire cupit promissa habere laboret add. P³ cum ω^g

7,4. |AUDIVI| non solum audit beatus Iohannes illos qui predestinati sunt ad vitam esse signandos, verum etiam audit *numerum signatorum* filiorum Israel. Ideo autem audivit numerum filiorum Israel qui predestinati sunt ad vitam, quia, quamvis superius deiectionem eorum ostendimus, tamen multi eorum fideles inventi sunt; quos sub numero ponit, ut ostendat cetum eorum multo minorem quam gentium, quarum turbam postea videt sine numero, ut ita eam multo ampliorem esse insinuet. Sed si diligenter attendimus nominum interpretationem in nominibus XII filiorum Israel tribuum, omnes electos communiter inveniemus. Non enim hic accipimus carnalem generationem, quia potest perpendi ex hoc quod filii Iacob non apponuntur secundum nativitatis ordinem. Iudas enim qui hic primus, quarto illic loco natus est; Gad hic tertius ponitur, illic octavus. Qua re hoc factum sit, nominum interpretatione manifestabit. Et sciendum quod per centum quadraginta quatuor milia habemus omnes electos, quia omnibus electis convenit numerus iste, id est illud quod designatur per hunc numerum. Nam per centum, qui est perfectus numerus, habemus perfectionem virtutum, per quadraginta laboriosam abstinentiam ieunorum, per quatuor observantiam quatuor Evangeliorum. Per mille, qui perfectissimus est numerus, eterna beatitudo designatur. Et sic omnis electus debet habere illa premissa, scilicet perfectionem virtutum, abstinentiam ieunorum, observantiam Evangeliorum ut per hec tria tandem pervenire possit ad beatitudinem^m |DUODECIM MILIA SIGNATI| iterum per duodecim milia habemus omnes electos, id est servantes perfecte doctrinam duodecim apostolorum. Nam per duodecim habemus duodecim apostolos. Per mille vero qui perfectissimus est numerus, ut diximus, perfectionem intelligimus. Et illud idem quod habemus per centum quadraginta quatuor milia habemus per duodecim milia. Nam duodecies duodecim milia faciunt centum quadraginta quatuor milia^m |EX OMNI TRIBU| bene autem a Iuda incipit generatio filiorum Israel, ex cuius tribu natus est Christus. Iudas autem, qui interpretatur ‘confessio’ vel ‘laus’, Ecclesiam significat, que de preteritis pentitentiam agit et a laude Creatoris non cessat. Et quia in Iuda precedit initium confessionis, in Ruben succedunt incrementa virtutum, qui ‘videns filium’ interpretatur. Qui si primus poneretur, ordo nativitatis Ecclesie confunderetur. Prius enim recedimus a malis per

7,4. audit^t] audivit *a.c.* L ~ attendimus] intendimus P⁴ ~ nominibus] omnibus P⁴ ~ filiorum israel *om.* P⁴ ~ accipimus carnalem generationem] carnalem generationem accipimus *a.c.* L : carnalem accipimus generationem P⁴ ~ id est^t] ut P⁴ ~ nam^t *om.* P⁴ ~ perfectissimus] perfectus L ~ designatur] signatur L ~ premissa] promissa P⁴ ~ perfectissimus est] est perfectissimus P⁴ ~ interpretatur²] id est opus bonum *add.* P⁴ ~ primus *om.* P⁴

7,5. *Ex tribu Iuda*, id est ‘confitens’. Hoc sufficit his qui non habent tempus operandi. Iudas, qui quartus fuit inter filios Iacob, hic primus ponitur, unde nobis datur intelligi quod hec generatio non sit accipienda historialiter, sed spiritualiter. Dan sextum filium preterit, quia ex progenie ipsius nascetur

7,5. hoc] hic P² ~ inter filios] in filiis P³ ~ *nobis datur] datur nobis ω^g ~ accipienda
om. α Tr ~ dan] dans P²

confessionem, deinde proficimus subsequendo opera pietatis. Quia vero bene operantes solet probare temptatio, Gad post Ruben ponitur, qui interpretatur ‘temptatio’. Et quia sancti contra temptationes accinguntur, recte ideo Gad ‘accinctus’ dicitur; et quia bona opera sua favoribus hominum subtrahunt, recte ‘latrunculus’ dicitur. Et quia probatos temptatio coronat, ideo congrue post Gad ponitur Aser, qui ‘beatus’ dicitur, unde: «Beatus vir qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite». Et quia sancti non tantum patiuntur sed etiam amplitudine caritatis dilatantur, bene post Aser Neptalin ponitur, qui ‘latitudo’ dicitur. Per illud enim mandatum currit, unde: «Latum mandatum tuum nimis». Et quia per latum mandatum caritatis gradientes que retro sunt obliviscuntur et in ante se extendunt seque peregrinos et mendicos profitentur, iure post Neptalin Manasses ponitur, qui ‘oblitus’ vel ‘necessitas’ dicitur. Bene post Manassen locatur Symeon qui ‘audiens tristitiam’ interpretatur, quia desiderium postulantum dissolvi ut possint esse cum Christo sepe differtur, non tamen aufertur. Unde et ‘nomen habitaculi’ dicitur, quia, qui merent in tabernaculo corruptionis, gaudere debent de palatio eterne quietis. Dicitur etiam ‘exauditio’, quia qui penitus terrena obliviscuntur et ad celestia tantum anhelant, conveniens est et indubitabile ut oratio eorum exaudiatur. Sequitur Levi qui interpretatur ‘mercator’, quia, qui ad Deum anhelant et cum Christo vivere desiderant, neccesse est eos etiam temporalibus bonis que possident vitam illam mercari, unde: «Redemptio anime viri divitie sue». Vel Levi ‘additus vel assortitus’ dicitur, quod convenit illis qui volunt pie vivere in Christo, ut addantur et assumantur in adoptionem filiorum Dei. Quia mercatoribus merces debetur, ideo subditur Isachar, qui ‘merces’ dicitur. Et quia tales contra adversa fortes sunt, sequitur Zabulon, qui ‘tabernaculum fortitudinis’ dicitur. Quia vero hi, in verbo et exemplo lucentes, ad fidem alios exhortantes, augmentum lucri de accepta pecunia referunt, sequitur Ioseph qui ‘augmentum’ interpretatur. Quia ergo omnes iusti ad ultimum dextere Regis sunt aggregandi, Beniamin ad ultimum ponitur, qui ‘filius dextere’ interpretatur^m |SIGNATI| suntⁱ |OMNI TRIBU| ex omnibus videntibus Deumⁱ 7,5. |IUDAS| ‘confitens’ sive ‘lau-dansⁱ’ |GAD| ‘temptatio’ vel ‘accinctus’ vel ‘latrunculusⁱ’ |DAN| Dan in cathalogo

probatos temptatio] temptatio probatos P⁴ ~ beatus²] beatitudo P⁴ ~ sancti²] beati P⁴ ~ caritatis om. P⁴ ~ in³ om. P⁴ ~ differtur] defertur P⁴ ~ tamen² om. P⁴ ~ tantum² om. P⁴ ~ volunt pie] pie volunt P⁴ ~ ut addantur et] et addantur vel P⁴ ~ tales] qui add. P⁴ ~ in⁸ om. P⁴ ~ de accepta] dicitur accepta P⁴ 7,5. cathalago L

7,4. bene...dextere interpretatur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1036B-1037C ~ Beatus...vite = Iac 1,12 ~ Latum...nimis = Ps 118,96 ~ desiderium...Christo cfr. Phil 1,23 ~ Redemptio...sue = Prv 13,8

Antichristus, ex quo innuitur ex omni numero sanctorum Antichristus eiciendus. *Ex tribu Ruben*, id est ‘videns filios’, scilicet opera ut sunt illi qui aliquantulum operantur. *Ex tribu Gad*, id est ‘accinctus’, scilicet contra quamlibet temptationem. 7,6. *Ex tribu Aser*, id est ‘beatus’, scilicet mundanis non intentus. *Ex tribu Nephtalim*, id est ‘latitudo’, scilicet hi sunt qui ex caritate aliis sua largiuntur. *Ex tribu Manasse*, id est ‘oblitus’, per quem significatur gentilis populus, qui, oblitus idolorum, Deo hic servivit, qui bene sexto loco inducitur, quia Christus sexta etate natus. 7,7. *Ex tribu Symeon*, id est ‘tristitia’, scilicet semper recordatio de preteritis peccatis, que summa custodia est ad conservationem virtutum. *Ex tribu Levi*, id est ‘additus’, per quem significantur illi qui non sunt contenti institutis et sibi iniunctis, sed ex se multa bona assumunt. *Ex tribu Isachar*, id est ‘merces’, scilicet qui iam fastidiunt terrenam habitationem et omnino intendunt ad remunerationem, ut ille: «Cupio dissolvi et esse cum Christo». 7,8. *Ex tribu Zabulon*, id est ‘habitaculum fortitudinis’, scilicet laborem non recusantes, sed aliquando de contemplatione ad actionem pro necessitate fratrum descendentes. *Ex tribu Ioseph*, id est ‘augmentum’, scilicet Ecclesiam in numero sanctorum multiplicantes. *Ex tribu Beniamin*, id est ‘filius dextere’, hi sunt qui a propitiacione Dei omnia reputant, nichil a se. 7,9. *Post hec*. Istud quod modo dicit est quasi expositio supradictorum, scilicet quod superius dixit sub finito numero signatorum, hic dicit turbam innumerabilem; quod ibi per duodecim tribus, hic per universam diversitatem gentium, quasi dicat: Sicut erat predictum, ita vidi completum. *Post hec vidi turbam magnam*, quam dinumerare nemo poterat, quia, licet numerus Deo sit cognitus, hominibus tamen est incertus; *ex omnibus gentibus*, etiam barbarissimis, *et tribubus* in unaquaque gente, *et populis*, *et linguis*, et in eodem populo sunt diverse lingue,

scilicet opera *om.* a Tr ~ illi *om.* T ~ *scilicet² *om.* ω^g 7,6. non *om.* P² ~ id est²] scilicet P² P³ ~ sunt *om.* P⁴ ~ ex³ *om.* P² ~ largiuntur] largiantur P² P³ ~ id est³] scilicet T Tr ~ oblitus] est *add.* P² ~ deo servivit *in marg.* a.m. (?) p. r. Tr ~ hic *om.* a Tr ~ servivit *om.* P³: servit T^{b. c.} ~ natus] est *add.* a Tr P³: *eadem gentes convertit *add.* ω^g 7,7. id est¹ *om.* a Tr ~ scilicet¹] seu m ~ semper *om.* a Tr ~ id est² *om.* P⁴ ~ additus P² ~ non non legitur P³ ~ contenti] concepti P³ ~ et sibi iniunctis *om.* a Tr ~ sed] aliquem de contemplatione *add.* et *post del.* P² ~ se *inter lin.* Tr ~ merces scilicet non legitur P³ ~ ut ille non legitur P³ 7,8. *scilicet¹] hi *add.* ω^g ~ non legitur P³ ~ de *inter lin.* T ~ fratrum non legitur P³ ~ augmentum non legitur P³ ~ *omnia] bona *add.* ω^g ~ *nichil a se] a se nichil ω^g 7,9. *istud quod modo dicit est *om.* ω^g ~ dicit non legitur P³ ~ universam diversitatem] universitatem a Tr ~ *quasi dicat *om.* ω^g ~ *quia] qui ω^g : *om.* a Tr ~ licet numerus] numerus licet ω^g ~ sit cognitus] cognitus sit P² P³ ~ barbarissimis] barbaris P⁴ (-simis *in ras.*) ~ *et⁴] etiam ω^g : *om.* a Tr ~ *diverse *om.* ω^g

7,7. Cupio...Christo = Phil 1,23

filiorum Israel non ponitur inter fratres quia de eo nascitus erat Antichristus, sed pro eo ponitur Manasses filius Ioseph et notandum quod Manasses sexto loco positus inter gentes natus, significat gentiles in sexta etate receptos^m 7,6. |NEPHTALIM| usque ad inimicosⁱ |MANASSE| necessitasⁱ 7,9. |TURBAM MAGNAM| quia tribum Iudeorum ad vitam predestinatorum tantum significaverat, ne vide-ri possent gloriari se solos salvari, subiungit etiam se vidisse turbam gentium innumerabilem^m |TRIBUBUS| Iudeorumⁱ |ET POPULIS| Iudeorumⁱ |ET LINGUIS| gen-

erat *om.* P⁴ 7,6. usque ad inimicos *om.* L ~ MANASSE] vel *add.* L 7,9. etiam se]
se etiam P⁴

scilicet ex omni diversitate, *stantes ante thronum*, id est parati obedire Deo iudici, vel etiam suis prelatis, *et in conspectu*, ut et consipient et conspiciantur, *agni Christi*, et hi erant *amicti stolis albis*, innocentia et immortalitate, *et palme in manibus eorum*, id est victorie que ex operibus procedunt. 7,10. *Et clamabant*, et modo et maxime in futuro clamabunt et per hec omnia debet Ecclesia maxime animari, *voce magna*, affectione, *dicentes: Salus Deo nostro*, scilicet quecumque bona habemus, sive remissionem peccatorum sive bonam operationem vel eternam gloriam, nichil a nobis, *et agno*, Filio Dei Christo, 7,11. *et omnes angeli stabant*. Angelos inducit de consortio sanctorum gaudentes et eorum testimonium confirmantes, *et ceciderunt*, humiliaverunt se ei, *in conspectu throni*, ut consipient et conspiciantur *in facies suas*, in conscientias suas rationabiliter videntes quid faciant, *et adoraverunt Deum* 7,12. *dicentes: amen. Amen*, scilicet quidquid ei attribuitis verum est. Vel *amen* ad sequentia legamus: *amen*, id est veritas in omnibus promissis; *et benedictio*, id est exaltatio quam habet ultra omnem creaturam vel nostra exaltatio in virtutibus; *et claritas*, id est impassibilitas vel nostra claritas in operibus bonis; *et sapientia*, quia omnia scit vel quia nos scientes facit; *et gratiarum actio*, id est de omnibus bonis que habemus gratias sibi agere debemus; *honor*, id est veneratio, que sibi ab omni bono exhibetur; *et virtus*, id est potentia superandi inimicos, quam etiam dat suis; *et fortitudo*, effectus virtutis quam habet a seipso, non indigens petere aliunde et per hec data Deo varie hereses contunduntur; *in secula seculorum*, neque hoc ad tempus sed eternaliter.

diversitate] linguarum *add.* α Tr : hominum *add.* P³ ~ thronum] dei *add.* P² ~ iudici] ut dixi *add.* *et post del.* P⁴ ~ obediens] servire P³ ~ et⁶] etiam L : *om.* P² P⁴ ~ christi *om.* L ~ amicti *om.* P² : accincti P³ ~ albis *om.* M ~ eorum *om.* M 7,10. et² *om.* P³ ~ et²...animari *in marg.* Tr ~ maxime in futuro] in futuro maxime α Tr ~ magna affectione] affectione magna α Tr : enim *add.* P² ~ nostro] qui sedet super thronum *add.* P² ~ bonam operationem] operationem bonam α Tr ~ nobis] sed patri *add.* P³ 7,11. angeli *om.* P² ~ sanctorum *om.* P² ~ *testimonium] testimonio ω^g ~ confirmantes] in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium *add.* P³ ~ ceciderunt] id est *add.* P³ ~ FACIES SUAS] etiam *add.* P⁴ ~ *in conscientias suas] conscientia sua ω^g ~ rationabiliter] scilicet *add.* P⁴ ~ quid faciant] quod faciunt α Tr ~ deum] eum P³ 7,12. ei] eis P² ~ attribuitis] attribueres P² ~ est¹ *om.* P² ~ *legamus] legitur ω^g ~ amen³ *om.* T ~ veritas] verus α Tr ~ et¹ *om.* T P³ ~ id est² *om.* α Tr ~ ultra inter lin. Tr ~ *et²] etiam ω^g ~ id est³ *om.* α Tr ~ impassibilitas inter lin. a.m. (?) T ~ gratias ante id est³ transposuerunt α Tr ~ omnibus] operibus *add.* P² ~ agere] referre α Tr ~ sibi post debembus transposuerunt α Tr ~ id est⁶ *om.* α Tr ~ *potentia] patientia ω^g ~ superandi] impediendi α Tr ~ potentia...suis super FORTITUDO transposuit P⁴ ~ etiam *om.* P³ ~ effectus] effectus α Tr ~ effectus...contunduntur *om.* L ~ quam³] quem P³ ~ a] ex P⁴ P³ ~ data] a *add.* P³

tiumⁱ |ANTE THRONUM| in presentia Deiⁱ |IN CONSPECTU| in beneplacito Deiⁱ |STOLIS| innocentibus corporibus vel sinceritate et veritate in baptismo datisⁱ |ET PALME| vel corone de victoriis habite; *palme* remuneratio victorie de vitiis superatis vel *palme in manibus eorum* quia omnia opera sua ad superna respi- ciunt sicut folia palme^m 7,10. |MAGNA| devotaⁱ |SALUS DEO NOSTRO| nostra salus debet ascribi Patriⁱ |QUI SEDET| perseveratⁱ |SUPER THRONUM| celeste solium vel Ecclesiamⁱ 7,11. |ET OMNES ANGELI| celestes creature vel omnia genera predicatorumⁱ |STABANT| quia angeli *stabant* in famulatu Ecclesie, ipsi seniores et quatuor animalia et cetera^m |IN CIRCUITU THRONI| in protectione Ecclesie ne fieret aditus diaboloⁱ |ET SENIORUM| id est predicatorum Veteris Testamentiⁱ |ET| et Noviⁱ |QUATUOR ANIMALIUM| in quantum celi pabula respi- ciuntⁱ |IN FACIES SUAS| in puras conscientiasⁱ |ADORAVERUNT| in pura cogitatio- ne cogitantes qualiter dominicus homo pro eis passus essetⁱ 7,12. |AMEN| amenⁱ |BENEDICTIO| spiritus timorisⁱ; unde: «Super populum tuum benedictio tua», *claritas* «sit splendor Domini Dei nostri super nos», *sapientia*, «omnis sapientia a Domino Deo est» et «omnia in sapientia fecisti», *gratiarum actio*, unde: «gra- tia salvati estis», *honor* «gloria, pax et honor omni facienti bonum», *virtus* «qui dat virtutem lapso», *fortitudo* qui «fortitudinem et robur debilium mutipli- cat». Et hec omnia Deo imputentur et conferantur in secula consecutiva horum seculorum^m |ET CLARITAS| spiritus intellectusⁱ; id est de omnibus istis est laudandusⁱ |SAPIENTIA| sapientieⁱ |ET GRATIARUM ACTIO| pietatisⁱ |HONOR| scien- tieⁱ |VIRTUS| virtus consiliiⁱ |FORTITUDO| fortitudinisⁱ |IN SECULA| subsecutivaⁱ

dei² om. P⁴ ~ vel corone...habite om. L 7,10. devota om. P⁴ ~ nostra salus...patri om. L 7,11. id est...testamenti] id est veteris P⁴ ~ et⁵ om. P⁴ ~ in puras conscientias om. P⁴ ~ in pura cogitatione...passus esset *supra* IN FACIES SUAS P⁴ 7,12. amen] om. P⁴ ~ claritas] sed add. P⁴ ~ actio] actione L ~ fortitudinem] fortitudo L ~ spiritus²] scilicet P⁴ ~ id est...laudandus om. L ~ scientie om. P⁴ ~ virtus consilii om. P⁴ ~ for- titudinis om. P⁴

7,9. innocentibus...datis = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1038B 7,12. Super...tua = Ps 3,9 ~ sit splendor...nos = Ps 89,17 ~ omnis sapientia...Deo est = Sir 1,1 ~ omnia...fecisti = Ps 103,24 ~ gratia...estis = Eph 2,8 ~ gloria...bonum = Rm 2,10 ~ qui dat...lapso = Is 40,29 ~ et robur...multiplicat = Is 40,29

7,13. Postquam cognovit beatus Iohannes turbam illam in tanta dignitate, curat cognoscere qua via ipsa ad hoc potuit pertingere, ut doceat ceteros idem attendere. *Et respondit*, scilicet satisfecit desiderio meo ac si quesivissem, *unus de senioribus*. Omnes sunt unus, quia idem docent. *Qui sunt?* Quam digni. 7,14. *Domine mi, tu scis*, scilicet doce me nescium. *Hi sunt, qui venerunt*, et etiam venturi sunt, *et laverunt per gratiam in baptismo, dealbaverunt bona operatione stolas suas*, innocentiam vel corpora sua. 7,15. *Ideo sunt ante thronum Dei*, scilicet placent Deo iudici, *in templo eius*, vel in presenti Ecclesia vel etiam, exuti corpore, sunt templum et habitatio eius et ideo fruentes vero pane. Et hoc dicit: 7,16. *Non esurient neque sitient amplius*, potati scilicet fonte vite, *neque cadet super illos sol, neque ullus estus*, maior neque minor tribulatio, 7,17. *quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos*, deducendo de virtute in virtutem. *Et deducet eos ad vite fontes aquarum*, et per hoc tandem ducet ad fontes aquarum vite, id est ad indeficientem refectionem, *et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum*, id est iam nullus dolor prorsus in eis esse poterit.

7,13. cognovit beatus iohannes] beatus iohannes cognovit P⁴ ~ dignitate] esse add. P⁴ ~ potuit pertingere] pertingere potuit α Tr ~ *pertingere] pervenire ω^g ~ attendere] attingere a.c. P² ~ respondit] respondens L P² ~ scilicet] id est L ~ senioribus] dicens michi add. P³ ~ omnes...docent om. L ~ quia] qui α Tr ~ docent] hi qui amicti sunt stolis albis add. P³ ~ sunt] et unde venerunt add. P³ ~ *digni] sunt add. ω^g] et dixi illi add. P³ 7,14. venerunt] de tribulatione magna add. P³ ~ et etiam...sunt om. P³ ~ per gratiam in baptismo om. α P³ Tr ~ bona operatione] et laverunt add. P³ ~ innocentiam *inter lin.* T : innocentia Tr ~ sua] stolam beatitudinem quantum ad animam quam iam habent et alteram quam habiti sunt quantum ad corpus et hoc est amicti stolis albis add. P³ 7,15. dei] et servint ei die ac nocte in templo eius add. P³ ~ in templo eius vel in presenti ecclesia] vel in presenti ecclesia in templo eius P³ ~ *vel¹...eius om. ω^g ~ etiam om. α Tr ~ eius *inter lin.* Tr ~ *et ideo fruentes vero pane super ESURIENT ω^g et sic recte ~ *et hoc dicit om. ω^g ~ hoc] est quod add. P³ ~ dicit] et qui sedet in throno habitat super illos add. P³ : et qui sedet in throno qui dedit cognitionem angelis habitat super illos dabit eamdem cognitionem etiam illis add. α Tr^{in marg. inf.} ~ dicit] et qui sedet in throno habitat super illos add. P³ 7,16. amplius] scilicet add. P² ~ *potati] poti ω^g : potentur P² : -ta- *inter lin.* Tr ~ fonte] fonte L : fontem P⁴ : aque add. P³ ~ *neque⁴] vel ω^g : ne P³ 7,17. est¹] in protectione ecclesie add. P² ~ illos om. P² : eos P³ : *in marg.* Tr ~ *deducendo] ducendo P³ cum ω^g : *in marg.* P² ~ et¹] per hoc add. P³ ~ et²...vite² om. P² P³ ~ deducet] ducet P² P³ ~ EOS om. L : tandem add. P³ ~ vite fontes aquarum] ad fontes aquarum vite P² Tr ~ ducet] deducet L^{a.c.} P⁴ : *eos add. ω^g ~ id est² om. α Tr ~ dolor *inter lin.* Tr ~ dolor prorsus] prorsus dolor P³ cum ω^g

7,13. [ET RESPONDIT] mee cogitationiⁱ [DE SENIORIBUS] in universa Ecclesiaⁱ [STOLIS ALBIS] id est beatitudine quantum ad animam quam iam habent et altera quam habituri sunt quantum ad corpusⁱ [UNDE VENERUNT] vis scire?ⁱ 7,14. [TU SCIS] quia volo scireⁱ [DE TRIBULATIONE] id est propterⁱ [LAVERUNT] per gratiam in baptismoⁱ; a peccatis mundaverunt corpora sua que sunt tegumentum anime^m [ET DEALBAVERUNT] non solum laverunt sed etiam dealbaverunt, id est ex toto illa corpora fecerunt alba innocentia et aliis bonis operibus, candida *in sanguine Agni*, id est in consideratione sanguinis Agni ut, sicut ille Agnus suum sanguinem pro illis fudit, ita illi ad honorem Agni sua corpora dealbarent^m; et quia sua corpora dealbaverunt, sunt ponendi ante Filium Dei in gloria^m 7,15. [IDEO] ideo sunt propterea thronus Dei vel templum Dei sunt, vel in templo eius sanctam illi exhibent servitatem, quia talibus indumentis vestiti, quia sanguine Agni videntur abluti. Ipsi autem et in templo et ante thronum Dei Deo servire videntur, quia ipsi sunt simul et Dei templum et thronus in quo Deus sedet, unde dicitur: «Anima iusti sedes sapientie»^m [THRONUM DEI] in presentia Deiⁱ [ET SERVIUNT] interim ut ante eum ponanturⁱ [DIE] prosperitateⁱ [AC NOCTE] a diversitate vel semperⁱ [IN TEMPLO] in consideratione fideliumⁱ; Ecclesiaⁱ [EIUS] quia iterum serviantⁱ [SEDET] Filius vel Paterⁱ [SUPER ILLOS] in superioratu vel in menteⁱ 7,16. [ESURIENT] postquam erunt ante thronum Deiⁱ; quia pane vivo qui de celo descendit pascenturⁱ [SITIENT] quia calice Domini preclaro inebriabunturⁱ [SOL] ardor tribulationisⁱ [ESTUS] vitiorumⁱ 7,17. [AGNUS] Christusⁱ [IN MEDIO] in communi protectione Ecclesieⁱ [FONTES VITE] id est ad consortium sanctorum qui sunt fontes doctrine Scripturarum vel ad ipsam visionem de qua est: «Apud te est fons vite»^{im}; ad inexhauribilitatem intransitive remunerationis ducentis ad refrigerium sitis et ad vitam eternam^{im} [ABSTERGET] et absterget et illis prius dicentibus: «Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte»ⁱ [LACRIMAM] dolorem effectum pro causa ponitⁱ

7,13. beatitudine] beatitudo L 7,14. in² om. P⁴ ~ sanguinis om. P⁴ ~ sua corpora] corpora sua P⁴ 7,15. sedes] est add. P⁴ ~ SERVIUNTI] SERVIENT L ~ serviant] servient a.c. L ~ ecclesia om. L 7,16. dei om. P⁴ ~ quia calice...inebriabuntur om. P⁴ 7,17. visionem] dei add. P⁴ ~ inexhauribilitatem restitu : inexharibilitatem L : inexaribilitatem P⁴ ~ ad inexhauribilitatem...vitam eternam apud NEQUE SITIENT AMPLIUS P⁴ ~ et⁴ om. P⁴ ~ dolorem] lacrimam add. P⁴

7,15. Ideo...sedet *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117 col. 1042B ~ templum Dei sunt *cfr.* I Cor 3,16 ~ Anima...sapientie = Prv 12,23 (*secundum LXX*) 7,16. pane...descendit *cfr.* Io 6,41 ~ calice...inebriabuntur *cfr.* Ps 22,5 7,17. Apud...vite = Ps 35,10 ~ Fuerunt...nocte = Ps 41,4

CAPUT VIII

8,1. *Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo, id est pax, quia post mortem Antichristi erit pax per totum mundum quasi media hora, scilicet non diu durabit quies illa, quoniam cito veniet iudicium.*

VISIO TERTIA

8,2. *Et vidi.* In hac tertia visione agit de officio predicationis iniuncto septem angelis. Qua predicatione ostendet fieri septem percussionses et plagas mortales reproborum, neque hic deviat ab intentione, sed multum hortatur et animat eos qui sunt in Ecclesia, ut patienter tribulationes sustineant. Alioquin enim fient extra Ecclesiam et percutientur. Ponit hanc visionem ad similitudinem figure illius ubi filii Israel tubis canentes prostraverunt muros Iericho. *Et vidi septem angelos universos, vel septiformi spiritu imbutos, stantes, paratos Deo obedire, vel non cessantes prius subvenire in conspectu Dei,* quia non displicet Deo damnatio impiorum. *Et date sunt illis tube septem,* id est officium predicationis. 8,3. *Et alius angelus,* id est longe dignior, scilicet Christus, *venit* per humanitatem sibi unitam. *Et stetit,* id est paratus erat Deo orationes nostras offerre ad similitudinem sacerdotis, *ante altare.* Dicitur ipse Christus altare, super quem Deo offerimus. Nichil enim prodesset quidquid faceremus, nisi ipso mediante; et significatur hoc altare, a nostra cognitione tam remotum, per altare aureum, quod est in Sancta sanctorum; *habens thuribulum aureum,* id est vas ignis, per quod significatur corpus Christi vel apostolorum, qui sunt vasa Spiritus sancti. *Et data sunt ei incensa multa,* id est orationes a multis sanctis Deo oblate, *ut daret de orationibus*

8,1. *sigillum bis repetitur a.c. in P² ~ celo]* in ecclesia *add.* P³ ~ id est *om.* a Tr ~ quia *om.* P³ ~ post mortem antichristi erit pax per totum mundum] per totum mundum post mortem antichristi erit pax a Tr ~ scilicet *om.* P⁴ ~ veniet] *venit a.c.* Tr 8,2. *officio predicationis iniuncto]* predicationis iniuncto officio P³ ~ percussionses] persecutions a Tr ~ animat] invitat a Tr ~ patienter] patiantur P⁴ ~ *ponit hanc visionem] hanc visionem ponit ω^g ~ illius] visionis *add.* P³ ~ israel inter lin. Tr ~ vel¹⁻²] scilicet P³ ~ deo inter lin. Tr ~ tube septem] septem tube P² P³ ~ predicationis] de septem statibus P³ 8,3. *id est¹ om.* a Tr ~ erat *om.* a Tr ~ orationes nostras] nostras orationes M T Tr m ~ similitudinem] id est *add.* P² : sacrificium P³ ~ sacerdotis] -ti- *inter lin.* Tr ~ hoc] hic L : *om.* P⁴ ~ est³ *inter lin.* T ~ *sancta] sancto ω^g ~ thuribulum *bis repetitur in* M P ~ thuribulum aureum] aureum thuribulum P² P³ : in manu sua *add.* L ~ id est³ *om.* P³ *cum* ω^g ~ *vas ignis] vas est ignis ω^g ~ per³ *om.* P⁴ ~ ei] illi γ P³ ~ multa *om.* P ~ *orationes²] suaviter redolentes *add.* ω^g ~ orationes a multis sanctis deo oblate] oblate a multis sanctis deo orationes P³

8,1. ubi filii...Iericho *cfr.* Ios 6,20

8,1. |CUM APERUISSET| secreta septimi sigilli tunc aperiuntur, cum requies sanctorum hic in terrena quadam dulcedine pregustaturⁱ |SIGILLUM SEPTIMUM| septimus statusⁱ |FACTUM| perfectisⁱ |SILENTIUM| silentium per totum hoc tempus potest intelligi, quia quamvis patiantur sancti in corpore, saltim quietem habent in anima, sed parva est ad comparationem future quietis^m |CELO| celum est Ecclesia iustorum, unde: «Celum michi sedes est» et «celi enarrant gloriam Dei». Ergo cum quies contemplative vite agitur in mente, silentium fit in celo, quia a terrenitatis strepitu quiescit cogitatio, ut auris intelligendi perquirendis secretis inferveat intensior. Sed quia hec quies in hac vita perfecta non est, non hora integra, sed *quasi media* ponitur^m |QUASI MEDIA HORA| a morte Antichristi usque ad diem iudicii erit maxima quies et tanta erit quia illud spatium videtur esse *quasi media hora*, id est parvissima vel hora media, id est communi^m 8,2. |ET VIDI| In tertia visione recapitulat illud idem quod dixit in prima vel secunda visione de statu Ecclesie, sed sub diversis figuris. Et est hic ordo prepositus, quia prius venit per humanitatem, stetit per divinitatem. Angelus ille magni consilii, *habens thuribulum aureum*, id est corpus suum «in quo sunt omnes thesauri sapientie». Et sic omnes angeli septem, id est universi predicatorum voluntati divine attente servientes, acceperunt ab illo septem tubas, id est intelligentiam Scripturarum que magna nuntiantes septiformi gratia dicte sunt et reseratae, sed utuntur artificiali ordine^m |SEPTEM ANGELOS| septem angelos predicatorum septiformi gratia illuminatos^{mi} |STANTES| in bono opere perseverantes^m |IN CONSPCTU DEI| in consideratione divina vel opere cordis quod a Deo solo conspicitur vel in beneplacito^m |DATE| concesseⁱ |SEPTEM TUBE| predicationes et apertiones Scripturarum de septem statibusⁱ 8,3. |VENIT| per Incarnationemⁱ |STETIT| per humanitatem sibi unitamⁱ; per divinitatemⁱ |ALIUS ANGELUS| illis sunt date tube et unde sint date accipe a Filio Dei qui incarnatus est, antequam illi predicarent^m |ALTARE| crucisⁱ; vel *ante altare*, quod est maior Ecclesia, benedico Ecclesiam, extra quam non est locus veri sacrificii. Venit per incarnationem, quia ipse fuit *habens thuribulum*, id est corpus suum plenum bullitione persecutionis et odore virtutum^m |THURIBULUM| corpus humanumⁱ |AUREUM| sapientia perfectusⁱ |ET DATA SUNT| quia venit et stetit, ideoⁱ |DE ORATIONIBUS| non omnes sed

8,1. perfectis *om.* P⁴ ~ est² *om.* P⁴ ~ a¹ *om.* P⁴ 8,2. est hic] hic est P⁴ ~ illuminatos] illuminantes L ~ a deo solo] a solo a deo P⁴ ~ stetit] et add. P⁴ 8,3. per incarnationem *om.* L ~ quia venit...cito *supra* AUREM P⁴ ~ deo *om.* P⁴

8,1. Celum...est = Is 66,1 et Act 7,49 ~ celi...Dei = Ps 18,2 8,2. Angelus...consilii *qfr.*
Is 9,6 ~ in quo...sapientie = Col 2,3

sanctorum omnium, id est ut representaret Deo Patri orationes sanctorum. *Supra altare aureum*, id est supra seipsum, quia ipse fundamentum est totius boni, vel divinitati, que est supra humanitatem, *quod est ante thronum Dei*, scilicet in beneplacito sedentis in throno; et hic notat ut quod placeat altari, placeat et sedenti. 8,4. *Et ascendit fumus*, id est compunctio procreata ex oratione *de manu angeli*, operatione Christi. 8,5. *Et accepit angelus*, Christus, *thuribulum* quos prius paratos habebat; hic dicitur ‘accipere’ ut per eos aliquid faciat. *Et implevit illud de igne altaris*, id est Spiritu sancto, quo ipse plenus erat, *et misit in terram*, facere fructum. *Et facta sunt ab illis tonitrua*, id est mine, *et voces*, admonitiones, *et fulgura*, miracula, *et terremotus*, terreni inde moti sunt, scilicet quidam ad bonum, quidam ad malum. 8,6. *Et septem angeli*, id est universi predicatorum, *paraverunt se ut tuba canerent*, id est in se impleverunt opere quod aliis volebant predicare, vel providerunt quid conveniret cuique persone, ut Salomon profundiora. 8,7. *Et primus angelus* ordine narrationis vel quia hec fuit prima exceccatio, scilicet in Iudea predicatoribus apostolis, *tuba cecinit*, magna predicatione intonuit, *et facta est grando*, id est predicatione aliis suavis, aliis gravis, *et ignis*, id est irascibilis irati sunt contra predicationem, *commixta in sanguinem*,

OMNIUM *om.* L ~ fundamentum est totius boni] est totius boni fundamentum γ : est fundamentum totius boni T Tr ~ divinitati] illuminati L : divinitatis P ~ ANTE THRONUM] IN CONSPECTU L ~ dei *om.* P⁴ P² P³ : *inter lin.* Tr ~ scilicet²] id est P⁴ α Tr ~ throno] thronu T : thronum γ ~ *placeat] placet ω^g 8,4. fumus] incensorum de orationibus sanctorum *add.* P³ ~ christi] coram deo *add.* P³ 8,5. paratos habebat] habebat paratos α Tr ~ hic dicitur accipere *om.* γ ~ *id est... plenus erat *om.* ω^g ~ terram] terras P² ~ facere fructum] fructum facere P² ~ ab *om.* P³ ~ *FULGURA] id est *add.* ω^g ~ terremotus] factus est magnus *add.* L : magnus *add.* P⁴ P² ~ inde *inter lin.* Tr ~ scilicet] sed P³ *cum* ω^g 8,6. id est¹ *om.* α Tr ~ angeli] qui habebant septem tubas id est *add.* P³ ~ id est² *om.* P⁴ ~ impleverunt] paraverunt α Tr : implerent P³ ~ providerunt] predicatorum P³ ~ volebant] voluerunt L ~ quid] quod *add.* *inter lin.* supra quid P³ ~ *cuique] unicuique ω^g 8,7. narrationis non legitur P³ ~ hec *om.* P² ~ iudea] iudeam P² ~ magna non legitur P³ ~ *id est¹] et ω^g : et predicatione... gravis apud TUBA CANERENT P⁴ ~ predicatione *om.* α Tr ~ aliis suavis aliis gravis] aliis gravis aliis suavis α Tr ~ *suavis] visa est eis contundens et *add.* ω^g : *add.* aliqua verba sed non leguntur P³ ~ *aliis² *om.* ω^g ~ id est² *om.* α Tr : invidia <...> infidelibus <...> *add.* sed non legitur P³ ~ *irascibilis] ira scilicet ω^g : irascibilis M P ~ *predicationem] predicatorum ω^g ~ COMMIXTA] MIXTA L

partimⁱ |SANCTORUM OMNIUM| que suntⁱ |SUPER ALTARE DEI| id est super se, per quem nostre orationes Deo sunt accepte vel super Ecclesiam celesti doctrina illuminatamⁱ |ANTE THRONUM DEI| vel in conspectu Dei, id est in presentia Patrisⁱ 8,4. |ET ASCENDIT| incensa sunt data Patri per Filiumⁱ |FUMUS| lacrimosa compunctioⁱ |DE ORATIONIBUS SANCTORUM²| id est studio orationumⁱ |DE MANU ANGELI| de mediatione Filii Deiⁱ 8,5. |ACCEPIT| a Patreⁱ; dico: «Angelus stetit habens thuribulum», et licet dixerim hoc, tamen non semper habuit sed accepit^m |DE IGNE ALTARIS| id est de fervore tribulationis quam passus est in cruce qui fuit *altaris*, id est ad utilitatem Ecclesie. Et illam tribulationem misit in terram, id est in corda fidelium, que arantur vomere divini Verbi, qui passi sunt pro Christo, quemadmodum passus est Christus pro illis. Vel ita *de igne altaris*, hoc est de fervore Spiritus sancti, quem misit in corda discipulorum in die Pentecostes^m |MISIT IN TERRAM| in sepulchro vel in Ecclesiaⁱ |ET FACTA| superius dixi «venit» et, postquam venit, predicavit et hoc est fulgura et cetera^m |TONITRUA| comminationes ut «genima viperarum» et ceteraⁱ |ET VOCES| et voces blandimenta, ut «agite penitentiam» vel «beati mundo corde»^m |TERREMOTUS| id est terrenorum Iudeorum conversio vel Ecclesie persecutioⁱ 8,6. |ET SEPTEM ANGELI| id est apostoli vel eorum ministri per septem status predicatoriⁱ |SEPTEM TUBAS| tubas septem predicationes et aperitionesⁱ |PARAVERUNT| id est se dignos exhibuerunt bene operando antequam predicarent^m |TUBA| commonitoria et hortatoriaⁱ 8,7. |PRIMUS| hic accipe primum statum a Spiritu Paraclito usque ad conversionem gentium, non sicut superius^m |ANGELUS| predicatores, scilicet apostoli in primo statu predicatorumⁱ |PRIMA TUBA| communem impiorum in igne et grandine notat interitum^m |ET FACTA EST| per illius predicationemⁱ |GRANDO| vitiorum contusio vel transitoria iraⁱ |IGNIS| invidia vel ignis sancti Spiritus qui ita arsit in eos ut etiam mori pro Christo non dubitarent^{im}; quia facta est vitiorum contusio, factus est ignis, id est invidia de infidelibus habita ad illos predicatores qui in alios vitia contundebant. Ignis dico mixtus in sanguinem, id est effusionem sanguinis per invidiam: enim multi ex predicatoribus occisi fuerunt^m; quia invidia procedens usque ad sanguinis effusionem orta est contra fidelium predicationem, pars terre, id est illorum qui nondum fidem habent tamen sunt terra, id est ara-

8,5. dico...accepit om. L ~ passus²] passi a.c. L ~ tribulationem] ecclesie add. P⁴ ~ passus est Christus] Christus passus est P⁴ 8,7. invidiaⁱ] invidie P⁴ ~ ignis²] igni P⁴ ~ dubitarent] dubitaverunt P⁴ ~ alios] alii P⁴ ~ quia invidia procedens...ad fidem inferri om. P⁴

8,5. genima viperarum = Mt 23,33 ~ agite penitentiam = Mt 3,2 et Mt 4,17 ~ beati...corde = Mt 5,8

que duo fuerunt causa perditionis ipsorum, *et missum est in terram*, et hoc totum missum est in Iudeam, que est terra culta lege et prophetis. *Et tertia pars terre.* Due quidem partes, scilicet perfectiores et minus perfecti, salve sunt. *Tertia,* id est omnes reprobi perierunt, *combusta est,* id est a Deo excecata et a ministris eius damnata. *Et tertia pars arborum concremata est.* Arbores sunt illi qui de terra excreverunt, scilicet altiores in lege, quorum pars reproba damnata est, *et omne fenum viride,* id est omnes prorsus dediti gaudiis seculi. 8,8. *Et secundus angelus tuba cecinit* ordine narrationis vel etiam re ipsa. Iudeis enim reprobatis, conversi sunt apostoli ad gentes, de quibus ita tertia pars damnata est; *tamquam mons magnus,* id est diabolus, magnus pro elatione, *igne ardens,* id est invidia insaniens ad nocendum. *Missus est in mare,* id est in gentes. Dicitur diabolus missus ad gentes, licet in eis esset, quia cum prius secure omnes gentes obtineret, dormiebat et quiescebat in eis, iam non compellens eas ad peccandum. Postquam vero duas partes de his perdidit, insanit in reliquis cupiens retinere. *Et facta est tertia pars maris sanguis,* id est peccatores, 8,9. *et mortua est tertia pars creature,* id est philosophorum qui habent maiorem discretionem inter gentes. Gentiles dicuntur mare, quia sunt fluctuantes maximis vitiis. *Et tertia pars navium interiit,* id est rectorum inter gentes. 8,10. *Et tertius angelus tuba cecinit,* ordine narrationis vel quia, postquam diabolus Iudeos et gentiles excecere non potuit, seminavit hereses et sic aliquos pervertit. *Et cecidit,* apparuit quod ceciderat *de celo* ad litteram vel de Ecclesia, *stella,* id est diabolus qui dicitur stella secundum creationem, *ardens invidia, tamquam facula.* Facula ardet et consumitur ita diabolus, qui semper

fuerunt] fuere α Tr ~ perditionis] predicationis P² ~ *ipsorum] eorum ω^g : *non legitur* P³ ~ missum est in *non legitur* P³ ~ et hoc...prophetis *om.* P⁴ ~ terra *om.* M : bene *add.* α Tr ~ culta] scilicet *add.* P² P³ ~ et prophetis *non legitur* P³ ~ quidem partes] partes quidem P⁴ ~ scilicet¹ *om.* P⁴ : *non legitur* P³ ~ tertia...omnes *non legitur* P³ ~ est⁸ *om.* P² ~ a *non legitur* P³ ~ damnata] vel tertia que nec est a \langle ctiva neque \rangle contemplativa *add.* P³ *cum L* ~ arborum] id est *add.* T ~ concremata] *combusta* P³ ~ sunt³ *om.* P⁴ P² ~ fenum] et omne *add.* P² : et omne viride combustum est vel fenum viride id est hypocrite qui interius siccii et expertes bonitatis exterius tamen virides \langle appa \rangle rebant *add.* P³ *cum* ω^g ~ id est⁵...seculi *om.* P³ ~ omnes prorsus] prorsus omnes α Tr ~ gaudiis seculi] seculi gaudiis P² 8,8. etiam] in P⁴ ~ re ipsa] ipsa re T ~ enim reprobatis] reprobatis enim a.c. P ~ est¹ *om.* P² ~ magnus *om.* α Tr ~ magnus pro elatione *om.* L ~ nocendum] et *add.* α Tr ~ id est³ *om.* α Tr ~ *id est in gentes *om.* ω^g ~ dicitur diabolus] diabolus dicitur P⁴ ~ secure omnes gentes] omnes gentes secure P³ ~ *dormiebat et quiescebat] quiescebat et dormiebat ω^g ~ eas] eos P³ *cum* ω^g ~ vero duas] duas vero T ~ de his perdidit] perdidit de his γ ~ sanguis] perditioni dedita sanguis *add.* P³ ~ id est⁴ *om.* α Tr 8,9. creature] que habent animas?> *add. sed non legitur* P³ 8,10. vel¹] scilicet P³ ~ *gentiles] gentes ω^g ~ id est diabolus...creationem *om.* L ~ creationem] magnam *add.* P³ ~ invidia¹ *om.* P³ ~ facula² *om.* P² P³ ~ ita] et *add.* T

biles et in quibus semen Dei posset poni, *facta tertia*, id est talis quod nec esset activa nec contemplativa; *est combusta*, id est destructa a voluntate et habilitate fidei. Quidam enim volentes converti voluntatem illam deposuerunt, vi-dentes persecutionem venientibus ad fidem inferri^m |MISSUM EST IN TERRAM| id est in corpora sanctorum, quia anime non habent quid faciant^{im} |TERTIA PARS| hii sunt qui a vento temptationis moventurⁱ |COMBUSTA EST| incentivus vitiorumⁱ |ARBORUM| id est illorum qui iam fidei radices habebant et tamen vacillantes erant an tenderent ad activos an ad contemplativos, similiter facta *tertia*, *combusta est*^{im} |ET OMNE FENUM| ypocrite omnes qui erant siccii et expertes bonitatis et tamen virides exterius apparebant^m 8,8. |SECUNDUS| de secundo statuⁱ; secundus status conversio gentium, secunda tuba notat diabolum ab Ecclesia propulsum, mare seculi ardenter incidentem^m |CECINIT| quia cecinitⁱ |MONS MAGNUS| diabolus elatus et excelsus in superbiaⁱ; ad comparationem suorum membrorumⁱ; predicante Ecclesia, diabolus, superbia elatus, ardens invidia quia ab electis expellitur, reprobis amplius damnatur. Aqua versa in sanguinem, sapientia carnis est reversa ad perversitatem erroris^m |IGNE| igne invidiaⁱ |IN MARE| in corda gentilium Deum amaricantia vel in mundumⁱ |MARIS| mundiⁱ |TERTIA PARS MARIS| nec a nec oⁱ; inferioresⁱ |SAN-GUIS| id est homicidaria vel carnalitati deditaⁱ 8,9. |MORTUA EST| dedita estⁱ |QUE HABENT| qui erant alicuius discretionis, id est mediocresⁱ |ANIMAS IN MARI| in operatione baptismatis^m |TERTIA PARS| factaⁱ; id est superiores qui sua industria videbantur vehere aliosⁱ; qui enim in fide baptismatis regeneratus divina precepta adimplendo vivit, animam suam in potestate sua haud est dubium retinere. Qui vero precepta divina abrenuntiando fidei non custodit, animam suam in potestate non habet, sed diabolus, qui eum in errore existere facit^m 8,10. |TERTIUS| in tertio statuⁱ |TUBA| et tertia tuba significat hereticos de Ecclesia cadentes, sancte Scripture flumina corrumpentes^m; tertia tuba notat falsorum fratrum in siderum obscurationem defectum^m |DE CELO| de corde gentilium ad fidem conversorum^{im} |FACULA| cum strepitu emittens fumum infidelitatisⁱ |STELLA| *stella* diabolus, unde Isaias: «Quomodo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris?». Per stellam diabolus significatur, qui inter cetera celi clara lumina creatus, nomen adhuc retinet, *magna* quia pre ceteris luxit^m |TER-

in⁷ om. P⁴ ~ anime] anima L ~ TERTIA PARS] id est add. P⁴ ~ tertia² om. P⁴ 8,8. igne invidia om. L ~ in² om. P⁴ ~ nec a nec o inferiores super TERTIA PARS CREATURE P⁴ ~ id est om. P⁴ 8,9. dedita est] facta est P⁴ ~ HABENT] HABEBAT P⁴ ~ operatione] ordine P⁴ 8,10. sancte scripture] scripture sancte P⁴ ~ tertia²...defectum om. L ~ stella...luxit apud NOMEN STELLE P⁴ ~ diabolus significatur] diabolum designatur P⁴ ~ qui²] quia P⁴

8,10. stella...luxit = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1048D ~ Quomodo..oriebaris = Is 14,12

ardet invidia, tandem consumetur, scilicet cum potestatem non habebit, sed torquebitur cum aliis. *Et cecidit in tertiam partem fluminum, scilicet tertium sensum, videlicet per universum seminavit in Scripturas, et in fontes aquarum.* Fontes dicuntur unde procedunt flumina et per hoc signatur nobis Evangelium, quod est fons et summa totius nostre fidei, ex quo procedunt flumina, id est expositiones, in quibus omnibus sunt duo sensus fidelium, historialis et allegoricus. Tertius est cum hereses inducuntur, 8,11. et nomen stelle erat *absinthium*, amaricatio, et facta est *tertia* et cetera. 8,12. *Et quartus angelus tuba cecinit*, ordine narrationis vel etiam re ipsa, quoniam, cum diabolus non posset excecare omnes Iudeos vel gentiles et etiam hereses seminasset, tandem filios Ecclesie aggressus est expugnare et quosdam inde subtraxit, tam de maioribus quam de minoribus; et percussa est, exceccata subtractione gratie, *tertia pars*, id est omnes reprobi, *solis*, id est maiorum doctorum, et *tertia pars lune*, minores sole, sed tamen bene lucentes. *Et tertia pars stellarum*, id est simpliciores, sed tamen illuminantes, *ita ut obscuraretur tertia pars eorum*, id est ut amittent bonam cognitionem et bonam operationem, et *tertia pars diei non luceret*, id est qui illuminati fuerant a maioribus, et *noctis similiter*, illuminati a luna et stellis, scilicet a minoribus. Has quatuor damnationes sine aliqua prenuntiatione, utpote preteritas et que cotidie eveniunt; ad ceteras que sequuntur ponit prenuntiationem, quia ille tres future sunt in novissimis temporibus. 8,13. *Et vidi*, in visione perstisti. *Et audivi vocem unius aquile*. Omnes sancti predicatorum aquila dicuntur, quia et alte volant pennati virtutibus et perspicaciter rem

ardet...potestatem *inter lin.* T ~ *alii] impiis ω^g ~ scilicet om. P⁴ ~ per universum om. α Tr ~ et in fontes aquarum *non legitur* P³ ~ flumina¹ *non legitur* P³ ~ et per hoc...flumina² om. P² ~ significat P³ ~ nobis evangelium] evangelium nobis P ~ quod est *non legitur* P³ ~ summa] consumatio P³ ~ procedunt *non legitur* P³ ~ sunt duo] duo sunt α Tr : *non legitur* P³ ~ tertius *non legitur* P³ ~ cum *non legitur* P³ ~ hereses inducuntur] inducuntur hereses a.c. P 8,11. *absinthium*] id est add. P³ ~ et facta est...cetera om. α Tr ~ et cetera] pars aquarum in absinthium et multi hominum~ mortui sunt de aquis quia amare fac^et sunt> P³ 8,12. et¹ *non legitur* P³ ~ cecinit] quartus add. α Tr ~ narrationis vel etiam re *non legitur* P³ ~ *etiam¹] in add. ω^g ~ excecare omnes *non legitur* P³ ~ vel²] et P² ~ et²] vel P² ~ hereses seminasset *non legitur* P³ ~ tam *non legitur* P³ ~ *percussa est] id est add. ω^g ~ exceccata om. α Tr ~ id est¹⁻² om. α Tr ~ sole om. α : *inter lin.* Tr ~ ita *non legitur* P³ ~ ut² om. α Tr ~ amitter] amitterent T Tr^{inter lin.} : amitteret γ : et add. P² P³ ~ *bonam cognitionem et bonam operationem] bonam operationem et bonam cognitionem ω^g ~ illuminati] illuminati P² ~ similiter] id est add. L ~ et¹⁰ om. P² ~ minoribus] maioribus P² ~ has quatuor...temporibus om. L : *transposuit apud PER MEDIUM CELI* (Apc 8,13) P⁴ ~ quatuor damnationes] damnationes quatuor P⁴ ~ prenuntiatione] narravit add. α Tr 8,13. *vidi] id est add. ω^g ~ aquila] aquile P⁴ ~ aquila dicuntur] dicuntur aquila P³ ~ *rem om. ω^g

TIAM| factamⁱ |FLUMINUM| predictorum fluentium doctrinam^{im} |IN FONTES| in maiores hereticos rivulos, id est exemplum aliis prebentesⁱ |ABSINTHIUM| propter amaram doctrinamⁱ 8,11. |MORTUI SUNT| in animaⁱ; sententiis prave doctrineⁱ |ET FACTA EST| et ideoⁱ 8,12. |QUARTUS ANGELUS| ideo dicit, cum angelus predicit, quod diabolus percutit, quia aliter cum ipsi inter se pugnent non esset pugna, nisi cum angelus cantaret, diabolus decantaret^m; in quarto statuⁱ |TUBA| quarta tuba notat falsorum fratrum in siderum obscuratione defectum^m |PERCUSSA| a diaboloⁱ |TERTIA PARS LUNE| id est fidelium alios illuminantiumⁱ; mediocrium qui sibi lucent^{im} |STELLARUM| minoresⁱ |ITA UT OBSCURARETUR TERTIA PARS EORUM| Determinat quod dicit *percussa*: quasi obscurata est scientia illorum que primitus erat preclara in intelligentia Scripturarum et est fac ta *tertia*, id est neque intelligens que pertinent ad activam vitam neque ad contemplativam^m |DIEI| nove legisⁱ 8,13. |ET AUDIVI| id est perfecte intellexiⁱ |AQUILE VOLANTIS| perfectissimi doctoris subtiliter intendentis Scripturasⁱ

8,12. in quarto statu *om.* P⁴ ~ quarta tuba...defectum *om.* P⁴ ~ a *om.* P⁴ ~ id est¹...illuminantium *om.* P⁴ ~ minorum *om.* P⁴

intuentur. *Volantis per medium celum*, id est Ecclesie, que celat in se divina secreta, *dicentis voce magna*, quia in toto mundo predicanda vel quia magnum quid annuntiat, *ve, ve, ve habitantibus in terra, de ceteris vocibus trium angelorum, qui erant tuba canituri*, accipiens hoc.

CAPUT IX

9,1. *Et quintus angelus tuba cecinit*, et ordine narrationis. Hic fit enim damnatio eorum quos diabolus immittit parare vias ante faciem Antichristi. *Et vidi stellam de celo cecidisse in terram*, ad litteram, et laborantem ne quis locum suum impleret, *et data est ei clavis*, id est potestas concessa est ei a Deo, *putei abyssi*. Abyssi dicuntur tenebrosi et profundi peccatores, putei profundiores inter eos. **9,2.** *Et aperuit puteum abyssi*, hereses que latebant in cordibus eorum proferre fecit, *et ascendit fumus putei*, id est mala doctrina eorum exēcans, *sicut fumus fornacis magne*, id est similis doctrine Antichristi, que est fornax probans bonos et in cinerem redigens ligna, scilicet malos, vel ad litteram. *Et obscuratus est sol*, de quo fumo obscuratus est sol, quidam illuminantes alios, *et aer de fumo putei*, id est quidam illuminati, **9,3.** *et de fumo exierunt locuste*, id est preambuli Antichristi. Natura locusta est ut de fumo oriatur. Discipuli tales bene locustis comparantur, quia, sicut locuste nec volare possunt et tamen nituntur et saliunt, tamen statim deficiunt et ad terram decidunt nec super terram incedere

ecclesie] ecclesiam P³ ~ habitantibus in terra γ Tr : processurum add. P³ ~ terra] ter add. α Tr ~ VOCIBUS] TUBE add. L^{a.c.} P⁴ ~ TRIUM ANGELORUM] ANGELORUM TRIUM L ~ trium...canituri om. P² : in marg. Tr ~ canituri] id est predicationibus trium predicatorum futurorum add. P³ cum ω^g ~ accipiens p.c. a.m. T

9,1. angelus tuba cecinit om. α Tr ~ et² om. P² ~ *narrationis] damnationis L : p. r. P⁴ : et re add. ω^g : et narratione α Tr : et id est add. P² ~ *fit] fuit ω^g : est α Tr ~ enim om. α Tr ~ damnatio] damnatione P² ~ *faciem] facies ω^g ~ de celo om. P² : inter lin. Tr ~ cecidisse] cadentem P ~ terram] scilicet corda terrenorum id est add. P³ ~ *et⁴] vel ω^g ~ *EI] ILLI ω^g ~ *potestas concessa est ei a deo] concessa est illi a deo potestas ω^g : potestas a deo concessa est ei γ **9,2.** aperuit] apparuit P² ~ hereses...fecit om. P⁴ ~ id est¹ om. P⁴ : quidam illuminati add. et post del. P² ~ *eorum² om. ω^g ~ *que est fornax] qui est fumus ω^g ~ *redigens om. ω^g : comburens P² ~ in cinerem redigens] redigens in cinerem α Tr ~ scilicet] sicut P² ~ de quo...sol om. γ ~ de quo...obscuratus est om. T Tr ~ quidam] scilicet add. P³ ~ illuminantes alios] alios illuminantes γ **9,3.** fumo¹] putei add. P³ ~ locuste] in terram add. α Tr^{inter lin.} : id est prava doctrina maiorum add. P³ ~ id est preambuli antichristi om. L ~ preambuli pabula P³ ~ *de fumo²] aque add. ω^g ~ *locustis om. ω^g ~ tamen²] sed α Tr : non add. P³ ~ ad terram] de terram add. et post del. M : in marg. P : om. P²

[PER MEDIUM CELUM] id est divinam paginam vel communem Ecclesiam^{im} [CETERIS VOCIBUS] quod est processurum de vocibus, id est predicationibus trium predictorum futurorumⁱ; quia gravis est tribulatio futura in predicatione angelorum qui locuturi sunt, ideo monet ut sibi omnes caveant, quasi dicat: «O vos fideles ne miremini de predictis tribulationibus neque deficiatis, sed firmiter state in fide, quia peiora et graviora adhuc restant», et hoc est tria ve. Hanc autem prenuntiationem ideo facit, quia minus feriunt iacula que previdentur^m

9,1. [QUINTUS] in quinto statuⁱ; notandum quod superius in quintu statu Ecclesiam aliquantulam pacem habere dixerit, hic in eodem statu ostendit illam gravi et immani persecutione opprimi. Et hanc persecutionem dicit procedere et pullulare ab hereticis maxime qui maiores erant aliis hereticis ut Arrius^m; quinta tuba notat maiorem hereticorum infestationem tempus Antichristi precurrentem^m [STELLAM] diabolum vel hereticosⁱ [DE CELO] de consortio fidelium vel Ecclesiaⁱ [IN TERRAM] per predicationem missam in corda terrenorumⁱ; quia sic ceciditⁱ [CLAVIS] potestasⁱ [PUTEI] nigre doctrineⁱ [ABYSSI] infernalisⁱ 9,2. [ASCENDIT] promovit se fumosa et prava doctrinaⁱ [SICUT FUMUS] persimileⁱ [FORNACIS MAGNE] vel persecutions magne que erunt in tempore Antichristi vel in die iudicii^{im} [OBSCURATUS EST SOL] et quia fumus ascenditⁱ [SOL] maiores vel lexⁱ; per solem ideo accipimus legem et per aerem Ecclesiam quia sicut aer illuminatur a sole, ita Ecclesia a divina pagina^m [AER] minores vel Ecclesiaⁱ [DE FUMO PUTEI] doctrine infernalisⁱ 9,3. [DE FUMO] de doctrina maiorum hereticorum^{im} [EXIERUNT] nati suntⁱ [LOCUSTE] heretici minoresⁱ; per locutas pseudo predicatorum intelliguntur, quia sicut locusta retrograde incedit, ita falsi predicatorum a bonis sententiis se distorquentes falsas intuebantur. Dicuntur etiam per antiphrasim locuste quasi loco stantes, quia minime faciunt, ita

8,13. locuturi] locuti P⁴ ~ quia gravis...previdentur *apud* ET VIDI P⁴

9,1. QUINTUS] id est add. P⁴ : in quinto statu *a.m.* P⁴ ~ quod] quia cum add. P⁴ ~ arrius] et athanasius add. P⁴ ~ antichristi *om.* P⁴ ~ nigre doctrine *om.* P⁴ 9,2. se inter lin. *a.m.* P⁴ ~ persimile *om.* L ~ vel¹...iudicii *apud* PUTEUM ABISSI P⁴ ~ et² *om.* P⁴ ~ obscurus² *om.* P⁴ ~ minores vel ecclesia *om.* P⁴ ~ infernalis] infernali P⁴ 9,3. de *om.* P⁴

8,13. minus...previdentur = Greg. *HomEv* II.XXXV, p. 321, rr. 5-6

re possunt et viridia corrodunt, ita lecatores illi nec per profundam cognitionem in altum volare possunt nec per bonam operationem firmiter incedunt, sed superbia saliunt et in peius recidunt et sunt corrosores bonorum. *Et data est illi potestas concessa a Deo, sicut habent potestatem scorpiones terre.* Scorpioni bene comparantur, quia sicut ille blandus facie cauda pungit occulte, ita heretici decipiunt per hec temporalia, persuadendo hec esse optima et ad vitam sufficientia que sunt ultima et viliora; vel ideo scorpioni comparantur, quia cum scorpius pungit et non sentitur, sed paulatim venum diffunditur et urit, sic decepti ab hereticis prius non sentiunt, sed tandem perimuntur. 9,4. *Et precepitum est illis,* ecce auxilium quod dat suis Deus contra istos, scilicet prohibet eis ne noceant alicui suorum, *ne lederent in anima fenum terre,* id est adhuc carnales et in fide rudes et ideo faciles decipi, *neque omne viride,* id est iam provectos, *neque omnem arborem,* paratos ut iam faciant fructum, *nisi tantum homines qui non habent signum Dei vivi,* in veritate, *in frontibus suis,* id est in aperta confessione; 9,5. *et datum est,* permissum est eis a Deo corpora cruciare, animas non occidere. Sic quidem faciunt heretici, postquam deficiunt in persuasione, per vim querunt nocere et hic de bonis dicitur, *ne occiderent eos morte spirituali, sed ut cruciarentur mensibus quinque,* id est secundum corpora que quinque sensibus utuntur. Habet alia litteratura *mensibus sex* propter sex etates, quibus hec vita distinguitur, *et cruciatus eorum ut cruciatus scorpii,* scilicet cum non possent perse nocere, accusant eos apud principes seculi. 9,6. *Et in diebus illis querent homines mortem,* timentes lapsum, *et non invenient eam,* ut probatiores reddantur, *et*

lecatores] haeresiarchae m ~ *lecatores illi nec] nec illi lecatores ω^g ~ *illi¹] isti ω^g ~ firmiter] firmi P⁴ : om. P³ ~ peius] penis M ~ illi²] illis P³ : ei p. c. Tr ~ *POTESTAS] id est add. ω^g ~ potestatem scorpiones] scorpiones potestatem P² P³ Tr^{a.c.} ~ TERRE om. L ~ scorpioni] scorpio P² ~ ille om. P² ~ cum] sicut a Tr ~ et¹¹ om. P³ cum ω^g ~ non¹ om. P² ~ venenum diffunditur] diffunditur venenum γ ~ perimuntur] perimentur L ~ 9,4. suis] sanctis a Tr ~ suis deus] deus suis L ~ *eis] eos ω^g : a.c. P³ ~ suorum] eorum L ~ *in anima om. ω^g ~ id est² om. P² P³ ~ provectos] in fide add. P² ~ iam²] etiam P² ~ faciant fructum] fructum faciant P² ~ *ARBOREM] id est add. ω^g ~ signum dei vivi in veritate] dei in veritate P² : in veritate signum dei vivi P³ ~ in veritate] id est crucem vel caritatem vel qui non habent signum id est qui non sunt predestinati ad vitam vel qui non sunt signati signo fidei add. P³ ~ suis²] eorum P ~ *id est³ om. ω^g ~ 9,5. est¹] illis add. P m ~ eis a deo] a deo eis L ~ corpora cruciare] cruciare corpora γ ~ occidere] ledere a Tr ~ quidem] quod P³ ~ per vim querunt] querunt per vim P³ ~ nocere inter lin. T ~ eos om. P² : inter lin. Tr ~ cruciarentur] cruciarent T Tr ~ que] quod L P³ ~ utuntur] uititur P³ ~ litteratura] littera p. c. M ~ mensibus sex] sex mensibus T ~ distinguitur] distinguntur P⁴ ~ seculi] cum percutit hominem add. P³ ~ 9,6. reddantur] et desiderabunt mori add. P³

et heretici nunc hoc modo, nunc illo decipiunt et sicut locuste corrodunt messes, sic heretici Ecclesiam^m |SCORPIONES| quia quemadmodum scorpiones bonum vultum ostendendo cauda percutiunt, ita heretici, bonas sententias pretendendo, inducunt pessimas^m 9,4. |ET| tamenⁱ |PRECEPTUM| a Deo prohibitumⁱ |FENUM TERRE| simplices in fideⁱ |NEQUE OMNE VIRIDE| id est mediocres in fidei virore per opera proficientes^m |OMNEM ARBOREM| maiores vento tribulationis resistentes in fide radicatosⁱ |HOMINES| qui non sunt predestinati ad vitamⁱ |SIGNUM DEI| id est caritatem per quam vocamur Dii, ut in Psalmo: «Ego dixi: “Dii estis”»ⁱ |IN FRONTIBUS| mentibusⁱ 9,5. |DATUM EST| determinat quomodo superius dixit *ne lederent* scilicet non occidere |ILLIS| eisⁱ |MENSIBUS QUINQUE| id est omni tempore, quamdiu habent quinque sensus corporis, ac si dicat: quamdiu vivunt^m |CRUCIATUSⁱ| vel occultusⁱ |CRUCIATUS SCORPII| non possuntⁱ; ac si dicat: corpus lesrerunt, animam nonⁱ; cruciatus eorum ut scorpiorum, quia in posterioribus et cito transeuntibus nocent, potentia seculari vel minis quoslibet frangentes vel commodis blandientes^m 9,6. |IN DIEBUS ILLIS| quia ita illi a locustis cruciabunturⁱ |QUERENT HOMINES MORTEM| impugnati a diabolo extrinsecusⁱ |NON INVENIENT| quia Deus servabit eos ad utilitatem Ecclesieⁱ |ET

9,4. sunt predestinati] predestinati sunt P⁴ ~ mentibus] in suis mentibus P⁴
 9,5. lederent] debet P⁴ ~ non *om.* P⁴ ~ eis *om.* P⁴ ~ non possunt *om.* L ~ ac si dicat...animam non *om.* P⁴ ~ commodis] commodi P⁴ 9,6. cruciabuntur] cruciabantur P⁴ ~ extrinsecus *post* timentes lapsum P⁴

9,4. in fide radicatos *cfr.* Eph 3,17 *et* Col 2,7 ~ Ego...estis = Ps 81,6 9,5. corpus lesrerunt, animam non *cfr.* Mt 10,28

fugiet ab ipsis mors, quia cura gregis astringet eos labori. Dixit superius istos nocere ut scorpiones, modo describendo eos vult tales ostendere qui sic possint nocere. 9,7. *Et similitudines locustarum, id est imaginarie locuste. Similes equis paratis ad prelum, quia velocius ad discurrendum, feroes ad impugnandum, nec providi in quos incurvant, sive in cives sive non. Et super capita eorum, et super doctores eorum vel in mentibus, ubi in se et coram aliis superbiunt, tamquam corone victorie de precipitatis, similes auro, non per veram, sed per mundanam sapientiam, et facies earum tamquam facies hominum, ad litteram, quia extra ostendebant se humanos et pios, cum intus latet iniquitas;* 9,8. *et habebant capillos sicut capillos mulierum, id est mores effeminatos et fluxu dependentes, paratos quidem ad aliorum deceptionem; vel capillos minores, qui per deceptionem istis adherent. Dentes eorum, id est ipsi laniantes, sicut leonum erant, quia et lacerant et fetorem, scilicet verba fetida et sententias, proferrunt.* 9,9. *Et habebant loricas sicut loricas ferreas, id est obstinantiam cordis, quam non penetret sagitta veritatis; vel loricas, sententias falsitatis, que non admittant aliquam doctrinam veritatis, et vox alarum earum, id est tumultus sententiarum quem faciunt, postquam ratione deficiunt, sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum, ad litteram vel sicut diversi equi variis viis ad idem bellum currunt, ita isti diversis heresisibus ad impugnandam Ecclesiam.* 9,10. *Et habebant caudas similes scorpionum. Per caudas accipit principes terrenos, ad quos recurrent heretici, postquam nec ratione nec tumultu proficiunt. Principes ideo dicuntur cauda, quia sicut per caudam ferit scorpio, ita principibus heretici, postquam non proficiunt persuasione. Vel caude dicun-*

*AB IPSIS MORS] MORS AB EIS ω^g : mors ab ipsis γ : ab eis mors P³ ~ astringet] asterget a.c. M ~ *possint] possunt ω^g 9,7. id est om. α Tr ~ *impugnandum] pugnandum ω^g ~ sive in cives sive non om. P⁴ ~ *EORUM] EARUM ω^g ~ et³] id est P⁴ : om. α Tr ~ *ubi] et add. ω^g ~ in⁴] et add. P² ~ tamquam¹ om. P² : inter lin. Tr ~ corone] similes auro add. et post del. T ~ veram] sapientiam add. α Tr ~ earum] eorum α Tr ~ *TAMQUAM] SICUT ω^g ~ facies om. T ~ ostendebant] ostendent α Tr^{b,c} ~ *cum] et ω^g : om. γ ~ *latet] latebat ω^g : lateret M Tr : latebit P m : lateat T 9,8. id est¹] capillos α Tr ~ mores] minores P³ ~ *aliorum] horum ω^g ~ vel] per M ~ capillos] id est add. P⁴ ~ deceptionem] deceptions α Tr ~ adherent] et add. P³ ~ eorum] earum P³ cum ω^g ~ *id est ipsi laniantes om. ω^g ~ *quia...proferunt om. ω^g 9,9. id est¹ om. P² ~ obstinantiam cordis] obstinatiam cordis L M P : obstinentiam cordis P² : obstinata corda P³ : obstinationem cordis m ~ loricas] scilicet add. P³ ~ falsitatis] falsas P² ~ admittant] admittunt P³ ~ veritatis] vel dentes id est corrosiones contra fideles add. P³ ~ earum om. α Tr : illarum P² ~ deficiunt] sufficiunt M ~ sicut] sic P² ~ *diversi equi] equi diversi ω^g ~ variis viis] viis variis P² 9,10. scorpio] scorpius P³ ~ *dicuntur] dicantur ω^g ~ principibus] principes P² ~ heretici postquam heretici P³

DESIDERABUNT] ut Hilarius et Athansiusⁱ [MORI] expugnando hereticosⁱ 9,7. [SIMILITUDINES LOCUSTARUM] quia fero et irrationabili cursu pugnant contra sanctos habentes formam pietatis, virtutem vero eius abnegantes, unde non coronis aureis, sed similitudine ornantur^m; non est mirum si locuste leserunt aliquos quia similes erant bonisⁱ [SIMILES EQUIS] id est bonis ferentibus Deum vel fortis et superbiⁱ [PARATIS] verbo et opereⁱ [IN PRELIUM] spiritualeⁱ [SUPER CAPITA] et *super capita* in mentibus eorum vel maiora membraⁱ [SIMILES AURO] sapientieⁱ [FACIES EARUM] quia, quod aliquos superant, scientie sue ascribuntⁱ [SICUT FACIES HOMINUM] pretendunt enim pietatem que hominum estⁱ 9,8. [HABEBANT CAPILLOS] id est fragiles cogitationes que procedunt a corde, sicut capilli a capite, vel per capillos accipimus fragiles mores vel copiosam multitudinem divitiarum^m [DENTES EARUM] id est corrosiones contra fideles vel contra Deum vel bestiales persecutores Ecclesie fortis ad vim inferendam^m 9,9. [ET HABEBANT LORICAS] sententias vel corda impenetrabiliaⁱ [FERREAS] infrangibilesⁱ [VOX] predicationeⁱ [VOX ALARUM] vox ministrorum, qui sunt leves, erat vehemens et clamosa ad preliandum^m [VOX CURRUM] dissona et irrationabilisⁱ 9,10. [ET HABEBANT CAUDAS] id est doctrinas blandas et deceptorias, unde Isaías propheta: «Docens mendacium cauda est»^{im}

DESIDERABUNT] CUPIENT P⁴ ~ expugnando ereticos *apud* FUGET MORS P⁴ 9,7. non est mirum...similes *repetitur in marg.* P⁴ ~ IN] AD L ~ et super...membra *om.* L ~ sapientie *om.* P⁴ ~ quodⁱ *om.* P⁴ 9,9. ad preliandum] ad preliando contra ecclesiam P⁴ 9,10. unde] et add. P⁴

9,10. Docens...est = Is 9,15

tur dolose sententie, quibus coram blandiuntur, latenter pungunt, *et aculei*, id est peccatum, quo stimulant alios ad peccandum, *erant in caudis earum*. Potestas eorum nocere hominibus, etiam bonis secundum corpus mensibus quinque. Osteno quales in se sint, monstrat etiam per quem hec possint. 9,11. *Et habebant super se regem angelum abyssi*, id est diabolum, qui dominatur omnibus qui sunt in profundo vitorum, *cuius nomen Ebraice Abaddon*, quasi dicat, *a quo cavete vobis* omnis Ecclesia et ideo nominat eum omni lingua, scilicet Ebraice, Grece et Latine, quibus scilicet linguis scriptum est Evangelium. *Grece autem Apollion et Latine habet nomen exterminans*, a patria vice idem significatur in ceteris linguis. 9,12. *Ve unum abiit*, narrata est una damnatio. 9,13. *Post hec et sextus angelus tuba cecinit*, ordine narrationis et ordine rei. Hic est enim damnatio malorum in tempore Antichristi, *et audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei*. Altare Christus dicitur, cornua predicatorum Christum sublevantes et parati pro eo mori, sicut sanguis ponebatur in cornibus altaris; vel altare Ecclesia se immolans, in qua sunt cornua defensores aliorum. Quatuor dicuntur sancti illi predicatorum propter quatuor que de Christo annuntiant vel quatuor cornua quatuor Evangelia, que docent detegere fraudes Antichristi. *Quod est ante oculos Dei*, supra quod quidquid offertur Deo acceptum habet. 9,14. *Dicentem sexto angelo qui habebat tubam*. Precones scilicet preteriti temporis premonent futuros quid sit futurum. *Solve quatuor angelos*, scilicet predica esse solutos ut caveant sibi electi; vel *solve*, excommunicando, et sic absolvantur et regnabunt in eis, *qui alligati sunt in flumine magno Euphrate*. Due dicuntur

earum] eorum P³ ~ *EORUM] EARUM ω^g M^{b. c.} ~ hominibus] et add. α Tr P³ ~ secundum corpus om. P³ ~ quinque] id est omnibus diebus presentis vite add. P³ cum ω^g ~ *in se om. ω^g ~ in²] inter α Tr ~ sint] sunt P² ~ possint] possunt P² 9,11. regem angelum regem P² ~ *CUIUS] CUI ω^g ~ quasi dicat om. P⁴ ~ vobis in marg. P ~ omnis] omnibus P⁴ ~ omni lingua] quam habet ecclesia add. L : <quam habet ecclesia?> add. aliqua verba quae non leguntur P³ ~ ebraice grece] grece ebraice α Tr ~ *et² om. ω^g ~ scilicet linguis non legitur P³ ~ grece²] lingue add. P² ~ evangelium] et per istas alias intellige add. P⁴ ~ et³ om. α Tr P³ ~ habet nomen om. α Tr ~ a patria non legitur P³ ~ vice] vite M P : id est add. P² ~ *idem] quidem ω^g 9,12. ve unum non legitur P³ ~ damnatio] et ecce ve niunt adhuc duo ve add. P³ ~ abiit bis repetitur a.c. in M 9,13. rei] temporis α Tr : rerum P³ : inter lin. Tr ~ *enim om. ω^g : non legitur P³ ~ vocem non legitur P³ ~ altare non legitur P³ ~ vel¹...aliorum post annuntiant transposit P³ ~ dicuntur in marg. P² ~ annuntiant] enuntiant Tr ~ dei] domini α Tr^{inter lin.} ~ *supra quod...habet supra ALTARIS AUREI ω^g ~ deo] deus α Tr 9,14. dicentem] dicente M : dicentes T Tr m ~ qui¹ non legitur P³ ~ *scilicet¹ om. ω^g ~ tubam inter lin. Tr ~ *sit futurum] fuit ω^g ~ angelos non legitur P³ ~ id est L : scilicet² om. α Tr ~ electi non legitur P³ ~ excommunicando] malos add. α Tr^{inter lin.} : excommunica P³ ~ *et¹] id est ω^g ~ dicuntur] ducuntur α Tr P²

|ACULEI| blasphemie in Deumⁱ |IN CAUDIS| in fine predicationis eorumⁱ |EARUM| alarumⁱ |MENSIBUS QUINQUE| id est omnibus diebus vite presentis^m 9,11. |SUPER SE| in mentibusⁱ |REGEM| diabolumⁱ |ANGELUM| principemⁱ |ABYSSI| inferiⁱ |GRECE EBRAICE ET LATINE| tribus linguis nuncupat ipsum diabolum, quia de Ebreis et de Grecis et Latinis extra terminum fidei ponit^m 9,12. |UNUM ABIIT| una hereticorum persecutioⁱ |ECCE VENIUNT ADHUC DUO VE| paganorum et Antichristi discipulorumⁱ 9,13. |SEXTUS| in sexto statuⁱ |ET AUDIVI| id est intellexi futuram predicationemⁱ |EX QUATUOR CORNIBUS| ex quatuor Evangeliiis que sunt cornua, id est protectiones altaris, id est Christi existentis altare super quem orationes nostras imponimus. Et quamvis cornua sint quatuor tamen vox est una, id est ad unum, id est ad Christum tendens et de eodem, id est de Christo agens^m |ALTARIS| Ecclesieⁱ |AUREI| in sapientia perfecteⁱ |ANTE OCULOS| in beneplacito Deiⁱ 9,14. |SEXTO ANGELO| sexto ordini predicatorum sexti status vel Christum presidenti angelo qui habebat facultatem predicandi a Deo sibi concessamⁱ |SOLVE QUATUOR ANGELOS| vox ista: aliquis iustus est fide constans, opere perfectus, qui optat malignis spiritibus permitti possibilitatem nocendi fidelibus ut «qui iustus est iustificetur adhuc» et appareant qui sunt Dei. Et ideo dicit *solve*, id est predica, et sic illos qui quatuor principalia via Ecclesie sugerunt, scilicet ministros diaboli, solutos redde. Quorum voluntas, tota in destructione Ecclesie posita, taciturnitate predicationis tue hucusque decepta est, vel *solve*, id est dic quomodo solvendi^m |SOLVE| ut habeant quibus noceantⁱ |QUATUOR ANGELOS| collectionem diabolorumⁱ |QUI ALLIGATI SUNT| divina potentia ne animam crucientⁱ |IN FLUMINE MAGNO EUPHRATE| id

9,13. ecclesie *om.* P⁴ ~ in sapientia perfecte *om.* P⁴ 9,14. est^r] ex *add.* P⁴ ~ iustificetur adhuc] id est angelus L ~ redde] redde *p. c.* P⁴ ~ solvendi] sunt *add.* P⁴ ~ ut habeant quibus noceant *om.* L ~ collectionem diabolorum *om.* L ~ divina potentia ne animam crucient *om.* L

9,14. qui iustus...adhuc = Apc 22,11

contrarie civitates, Ierusalem et Babilon. Babilon que est confusio et diaboli mansio dicitur et altera Dei. Et apud Babilonem est fluvius Euphrates realiter, per quem significantur mundani principes, inundantes et fluctuantes, in quibus dicitur ligatus diabolus, dum per eos latenter operatur; solvitur in eis dum manifeste operantur. Vel dicantur soluti, quia a passione Christi refrenati, non tantum potuerunt quantum tunc poterunt. 9,15. *Et soluti sunt quatuor angeli*, et impletum est sicut preceptum erat, *qui parati erant in horam et diem et mensem*. Per horam accipimus dimidium annum, per diem annum, per mensem annum, per annum idem et sic habemus tres annos et dimidium, scilicet tempus persecutionis Antichristi. Vel per horam notemus quod continue nocere querebant, quia nec horam intermittebant per cetera; quod diu hoc faciebant *ut occiderent tertiam partem hominum*, id est reprobos. 9,16. *Et numerus equestris exercitus*, soluto diabolo, multi precipitantur, *vicies millies dena milia*. Dena millia sunt sancti, decem preceptis legis perfecti; contra quod ponitur duplex numerus, quia mali sunt plures. *Audivi numerum eorum*. Quasi dicat: Bene pono numerum quia ego audivi numerum, scilicet multo ampliores intellexi quam boni essent. 9,17. *Et ita vidi equos in visione*, sicut intellexeram quod ad destructionem aliorum equitarent, sic intellexi quod per diabolum hoc facerent, quem ipsi portant velut equi dominos; vel diabolus accipiatur equus, mali, sessores, quia super ipsum fundantur. *Et qui sedebant super eos, habebant loricas igneas*, id est muniebant eos sententiis, de quibus sequitur eterna pena, ubi fumus et ignis et fetor. Et ponitur hic pro causa effectus. Huiusmodi enim lorica, eterna pena efficitur. Vel lorica, eterna pena, que numquam

et⁴ om. P³ ~ et⁵ om. P³ cum ω^g ~ dei] christi L ~ et⁶ om. a Tr ~ babilon² om. L ~ principes] et add. P² ~ inundantes] undantes P² ~ ligatus diabolus] diabolus ligatus γ ~ solvitur] autem add. P³ cum ω^g ~ a om. P⁴ ~ operantur] operatur a Tr ~ dicantur] dicuntur P² ~ tunc *inter lin.* Tr ~ *tunc poterunt] antea ω^g ~ poterunt] potuerunt a.c. P Tr 9,15. et¹ om. P⁴ ~ erat] fuerat P³ ~ et mensem] et annum add. γ P³ ~ *accipimus] accipiamus ω^g ~ annum²] unum annum add. P³ ~ idem om. P³ ~ continue] cotidie L ~ *nocere querebant] querebant nocere ω^g ~ *quia om. ω^g 9,16. milies] nubes P² ~ dena milia² om. P³ ~ *sunt¹] id est add. ω^g ~ preceptis legis] legis preceptis P³ ~ quod] quos a Tr ~ quia...numerum om. P² ~ dicat] diceret L : d. P⁴ ~ *pono] ponit ω^g ~ quam] quod P² 9,17. equos] hereticos <...> add. sed non legitur P³ ~ in visione...quod non legitur P³ ~ quod ad *inter lin.* Tr ~ destructionem] distinctionem L ~ facerent] facient P² P³ ~ velut qui dominos non legitur P³ ~ qui super ip- non legitur P³ ~ *ipsum] illum ω^g ~ *muniebant eos] eos muniebant ω^g ~ eos] ipsum P² : ipsos P³ ~ habebant non legitur P³ ~ igneas] et iacinctinas et sulphureas add. a Tr^{inter lin.} ~ de quibus non legitur P³ ~ ubi] est add. a Tr ~ *fumus et ignis] ignis et fumus ω^g ~ et⁴ om. P³ ~ et ponitur hic non legitur P³ ~ pena² non legitur P³ ~ que] quia P² P³ ~ que numquam *in marg.* Tr

est in nimia et profundissima et insatiabili sollicitudine destructionis Ecclesie, vel qui sunt alligati invisibili et incomprehensibili potentia Dei, vel per quatuor angelos omne corpus diaboli intelligimus. Quaternarius enim numerus sepe pro universitate ponitur. Per altare Ecclesiam, de qua fumus compunctionis ad Deum dirigitur, que bene aurea dicitur, quia sapientia eterna illustratur. Per quatuor cornua omnes predicatores evangelica doctrina eruditos qui sunt digni stare ante Dei oculos, id est in superno respectu. Et unum cornu hic spiritualiter intelligitur caput electorum precipiens sexto angelo, id est omni Ecclesie, ut solvat *quatuor angelos*, id est omnes demones qui nunc in Euphrate ligati sunt, quia diabolus in quantum vult nocere non permittitur usquequo novissima persecutio adveniat. Euphrates enim fluvius Babyloniae secularem potentiam designat in quo diabolus, etsi modo aliquantulum refrenatus, in tempore Antichristi solvetur^m 9,15. [SOLUTI SUNT] a divina potentia ut Ecclesiam persequerentur^{mi} [IN HORAM] in pueritia vel in die iudiciiⁱ [ET DIEM ET MENSEM] iuventutem, denegando Christi resurrectionemⁱ; senectutem, depravando evangelicam doctrinamⁱ; vel omni tempore quod currit per horas et dies et menses et annos^m [SENIUM] senium apostolorum doctrina Deiⁱ [OCCIDERENT] spiritualiterⁱ [TERTIAM] faciendo eamⁱ [PARTEM HOMINUM] active vel contemplative viteⁱ; de infantia nulla fit mentio in divina pagina^m 9,16. [NUMERUS EQUESTRIS] militie hereticorum deferentium diabolum vel Antichristumⁱ; *numerus equestris*, exercitus erat destruens milies, id est perfecte dena, id est decem preceptorum observantiam etiam in illis ubi erant milia, id est perfecta. Et hoc non tantum faciebant in operatione et cognitione, sed vicies, id est decem et decem, quod est dicere tam in cognitione quam in operatione. Et non tantum intellexi quod ita destruerent, sed etiam intellexi predictum numerum esse eorum, id est ad voluntatem suam et unde auferabant divina precepta inferebant eorum contraria^m [EXERCITUS] Antichristiⁱ [VICIES MILIES] infinitusⁱ 9,17. [ET] sicut dixiⁱ [ITA VIDI] diabolumⁱ [EQUOS] hereticosⁱ [ET QUI SEDEBANT] diaboliⁱ [LORICAS IGNEAS] *loricas* sententias igneas plenas invidie et iacinthinas fumo idolatrie

eterna] sempiterna P⁴ 9,15. a *om.* P⁴ ~ pueritiam P⁴ ~ de infantia...pagina *om.* P⁴ 9,16. militie...antichristum *om.* L : diabolum *inter lin. a.m.* P⁴ ~ et cognitionem] vel cogitationem P⁴ ~ et decem *om.* P⁴ 9,17. diaboli *om.* P⁴

14. Quaternarius...ponitur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1057A ~ Per altare...respectu = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1056C ~ Et unum...adveniat = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1056D ~ Euphrates enim...solvetur = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1057B

dimitit quos accipit. *Et capita eorum.* Describit ipsos equos, ut idoneos ostendat qui nocere possint. Capita appellat ipsos maiores inter ministros diaboli; erant tamquam capita leonum, quia laniant et fetent, cum superius in plaga locustarum vidisset faciem hominis. Hic bene ponit faciem leonis, quia heretici aliquid humilitatis ostendunt, sed ministri Antichristi, quod docent, hoc etiam cogunt quibuscumque tormentis confiteri; *et de ore eorum,* id est predicatione, quia ipsa est causa pene, *procedit ignis et fumus et sulphur.* Idem significavit superius per iacinthum, qui est lapis fumidi coloris. Iste quidem tres diverse pene redduntur in inferno secundum diversa commissa in hoc mundo. Ignis ibi datur his qui hic habuerunt nimium estum cupiditatum. Fumo ibi afficiuntur illi qui in hoc mundo obsecrantur ignorantia superbie, fetor ex sorditate pravorum operum. 9,18. *Ab his plagis occisa est tertia pars hominum de igne et fumo et sulphure que procedunt ex ore ipsorum.* 9,19. *Potestas enim equorum in ore ipsorum est.* Bene dixit quod he pene de ore ipsorum prodeant, quia potestas eorum nociva est in mala predicatione *et in caudis eorum,* id est in occultis deceptionibus. *Nam et caude eorum.* Bene dixi quod in caudis sit potestas, nam et consimiles sunt serpentibus, quia blandiuntur facie et occulte fundunt venenum. *Habentes capita et in his nocent.* Que caude habent capita, scilicet aliquos maiores, per quos mordeant. 9,20. *Et ceteri homines qui non sunt occisi in his plagis.* De his qui fuerunt in Ecclesia, omnes reprobi mortui sunt, *et ceteri,* scilicet qui numquam fuerunt de Ecclesia similiter in peccatis suis mortui sunt,

quos accipit non legitur P³ ~ accipit] quos add. et post del. T ~ ET³ om. P⁴ ~ describit...ministros diaboli *apud CAPITA EORUM* P⁴ ~ capita¹] ut arrius et similes equorum add. P³ ~ eorum describit ipsos non legitur P³ ~ idoneos ostendat idoneos P³ ~ possint capita non legitur P³ ~ diaboli erant non legitur P³ ~ quia²] quoniam P² P³ ~ fetent cum non legitur P³ ~ vidissent faciem hominis om. vel non legitur P³ ~ hic non legitur P³ ~ humilitatis non legitur P³ ~ hoc etiam non legitur P³ ~ hoc² om. T ~ ore eorum non legitur P³ ~ *EORUM] IPSORUM ω^g ~ id est² om. a Tr ~ id est²...coloris bis repetitur in P⁴ ~ est causal] causa est P³ Tr ~ et⁹ om. P² P³ ~ et¹⁰ om. T Tr ~ et fumus in marg. P ~ est inter lin. Tr ~ diverse om. P³ ~ redduntur] etiam add. a Tr ~ mundo] seculo P³ ~ habuerunt] hoc add. T ~ nimium non legitur P³ ~ qui in hoc non legitur P³ ~ ex non legitur P³ 9,18. *AB HIS] TRIBUS add. ω^g ~ plagis om. a Tr ~ hominum] et add. T ~ igne inter lin. Tr ~ et¹ om. P³ ~ quel] qui γ ~ procedunt] procedebant P² P³ ~ ex] de γ ~ IPSORUM] EQUORUM L : scilicet de igne <inv>idie et fumo idolatrie et fetore blasphemie add. P³ cum ω^g 9,19. enim om. γ ~ *IPSORUM] EORUM ω^g ~ quod] quia P² ~ ipsorum²] equorum a Tr : eorum P³ ~ prodeant] procedant P³ ~ eorum¹⁻² non legitur P³ ~ id est...eorum³ om. P³ ~ et² om. P² : inter lin. Tr ~ EORUM²] nam add. P⁴ ~ quod²] quia P² ~ potestas] potestatis P² ~ *nam et om. ω^g ~ *CONSIMILES] SIMILES ω^g ~ *sunt om. ω^g ~ capita¹] vel caudas add. P² ~ et in non legitur P³ ~ mordeant] mordebant P⁴ 9,20. omnes non legitur P³ ~ fuerunt²] fuerint a.c. T Tr ~ de² non legitur P³ ~ in peccatis suis mortui sunt] mortui sunt in peccatis suis γ

subobscuras^m [ET SULPHUREAS] tipo blasphemie fetidasⁱ [ET CAPITA] maiores heretici ut Arrius et similesⁱ [TAMQUAM CAPITA] cum violentia quadam exercebant dogmata suaⁱ [IGNIS] invidieⁱ [FUMUS] idolatrieⁱ [SULPHUR] fetor blasphemieⁱ 9,18. [TRIBUS] premissisⁱ [OCCISA] factaⁱ [HOMINUM] seculiⁱ [IGNE] invidieⁱ [FUMO] idolatrieⁱ [SULPHURE] fetore blasphemieⁱ 9,20. [CETERI HOMINES] paganiⁱ [NON SUNT OCCISI IN HIS PLAGIS] decepti persecutoribusⁱ

sive Iudei sive pagani. 9,21. *Neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum.* Ostendit quoniam et isti mortui sunt. *Ut non adorarent demonia et simulacula aurea et argentea et lapidea et lignea.* Ostendit diversa genera simulacrorum, ut in singulis eorum stultitia denotetur, et hoc proprie de gentibus, *que neque videre possunt, neque audire neque ambulare.* Per hoc plane ostendit non esse adoranda et contundit eorum inertiam, qui talia adorant. *Et non egerunt penitentiam ab homicidiis suis.* Hic pariter possumus accipere et de Iudeis. *Neque a beneficiis suis neque a fornicatione sua,* et per has partes intelligamus de reliquis vitiis *neque a furtis suis.*

CAPUT X

10,1. Descripta persecutione que erit in Ecclesia tempore Antichristi, ponit econtra auxilium quod imminet eis, scilicet Christum. Fideles enim, considerantes talia, de Christo consolatione reficientur. *Et vidi alium angelum predictis contrarium, fortem,* cui hostis resistere non potest, *descendentem, humiliantem se usque ad cognitionem nostram.* *De celo,* de cognitione angelorum. *Amictum nube,* latentem in carne que est quibusdam refrigerium, quibusdam obsecratio, *et iris in capite eius,* pax secundum propriam personam, secundum quod dicitur: «Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians». *Et facies eius erat ut sol,* id est qui veram de eo habet cognitionem, lucet et illuminat. *Et pedes eius,* id est ipsum portantes erant *tamquam columnam,* id est firmi in fide et alias sustentantes; *ignis,* quia Spiritu sancto accensi. 10,2. *Et habebat in manu sua libellum apertum,* id est habebat omnes Scripturas operatione sua completas, vel

sive iudei sive pagani] sive pagani sive iudei α Tr 9,21. ostendit *om.* P² ~ quoniam] qua re P³ cum ω^g ~ demonia et *om.* P³ ~ et³ *om.* P³ ~ argentea] et aerea *add.* P m ~ et lapidea *bis repetitur* in T Tr ~ ut²] et *add.* α Tr ~ possunt *inter lin.* Tr ~ neque ambulare *om.* γ ~ hoc² non legitur P³ ~ eorum non legitur P³ ~ suis non legitur P³ ~ neque a furtis suis *om.* α Tr^{θ.c.}

10,1. in ecclesia tempore antichristi] tempore antichristi in ecclesia α Tr ~ *econtra] contra ω^g ~ christo] christi α Tr ~ et¹ *om.* P² ~ angelum *om.* T Tr P m : christum *add.* P³ : a *add.* α Tr ~ cui] in *add.* P² ~ hostis] fortis P² ~ potest] secundum humanitatem *add.* P³ ~ usque *om.* P² ~ *obsecatio] exceccatio ω^g ~ eius¹] id est *add.* α Tr ~ quod *inter lin.* Tr ~ deus *om.* P² ~ sibi reconcilians] reconcilians sibi P³ ~ id est² *om.* α Tr ~ *qui veram] quidam ω^g ~ id est ipsum] ipsum id est T ~ ipsum portantes] portantes ipsum P² ~ *erant *om.* ω^g ~ id est³] scilicet P² P³ ~ ignis post columnam *transposuerunt* T P³ 10,2. LIBELLUM] LIBRUM L α Tr ~ *id est¹ *om.* ω^g ~ completas] implens L : complebs P⁴

10,1. Deus...reconcilians = II Cor 5,19

9,21. [NEQUEⁱ] ideoⁱ [MANUUM] que fecerunt idolaⁱ; de corporibusⁱ [UT] itaⁱ; id est quiaⁱ [ET LIGNEA QUE] ac si dicat: que minime essent adorandaⁱ [NEQUE VIDERE POSSUNT] quia neⁱ

10,1. [ANGELUM] Christumⁱ [FORTEM] secundum divinitatemⁱ [AMICTUM] indutum, circumvallatumⁱ [NUBE] carne nostre fragilitatis, vel multitudine peccatorumⁱ [IRIS] divina protectio et propitiatio^m [IN CAPITE] in divinitateⁱ [ET FACIES EIUS] divinus intuitus, vel cognitio incarnationis eiusⁱ [UT SOL] illuminans aliosⁱ [ET PEDES] predicatorum predicando eum circumferentesⁱ [COLUMNNA] recti et firmiⁱ [IGNIS] et Spiritu ferventesⁱ 10,2. [LIBELLUM APERTUM] paucas sententias iam non clausas, sed apertas per opera sue nativitatis, passionis,

9,21. que fecerunt idola *om.* L ~ de corporibus *om.* P⁴ ~ ita *om.* L

10,1. peccatorum] predictorum P⁴ ~ divinus intuitus...eius *apud* ET IRIS P⁴ ~ recti et firmi *om.* P⁴

reparationem humani generis manifeste omnibus iam per ipsum adimpletam; et posuit pedem suum, predicatores, dextrum, firmiores, supra mare, id est super fluxiores in peccatis, sinistrum autem, minus firmos, super terram, id est super eos qui aliquantulum de fide habebant, etsi non perfecte. 10,3. Et clamavit voce magna, per hos pedes locutus est magna, quemadmodum cum leo rugit. Vox quidem leonis ostendit eius virtutem et infert terrorem; vel sicut nulla fera circuitum leonis audet transgredi, sed remanet in silva auditio rugitu, ita quisque fidelis, conclusus fide et donis sancti Spiritus, remanet in Ecclesia, audiens quid Deus minetur exeuntibus. Et cum clamasset, et ideo quia isti, ab eo missi, predicaverunt, locuta sunt septem tonitrua, id est predicatorum universi successores, terrorem ceteris inferentes, voces suas, tempore suo congruentes. 10,4. Et cum locuta fuissent septem tonitrua, scripturus eram et audivi, quia intelligent tunc sancti vocem, divinam admonitionem de celo dicentem, exponentes ne spargerent margaritas ante porcos. Signa, sigilla scilicet, ut amicis pateat, inimicos lateat; et hic innuit quod non sit tacendum fidelibus, que locuta sunt septem tonitrua, et noli ea scribere, id est noli ea manifestare infidelibus, in quibus nichil generarent. Hic per suam personam ubi scribere prohibetur, significat nobis quod tempore Antichristi predicatione cessabit. Volentes enim sancti ex precedentium imitatione publice predicare, intelligent infructuosum et potius tempore illo Verbum Dei conculcandum et fore derisioni. Erit autem tempore illo destructio contraria edificationi Christi, quia, sicut Christus caput est predicationis et totius bonitatis, ita Antichristus caput erit totius malitie et extinctionis Verbi Dei.

*humani generis] generis humani ω^g ~ *adimpletam] impletam ω^g ~ suum] id est add. P² P³ ~ *predicatores] plures et maiores add. ω^g ~ supra] super P³ ~ super inter lin. P Tr ~ peccatis] ut gentiles add. P³ ~ autem] id est add. α Tr ~ id est³ om. α Tr ~ de fide habebant] desidebant m ~ perfecte] vel super iudeos qui exclusi erant vomere legis add. P³ 10,3. rugit inter lin. Tr ~ nulla] ulla P² ~ *circum leonis audet] audet circum leonis ω^g ~ sancti spiritus] spiritus sancti α Tr ~ clamasset] clamavisset a.c. Tr ~ *id est om. ω^g 10,4. cum inter lin. Tr ~ quia...sancti om. L ~ tonitrua] et quia add. P² P³ ~ eram] id est omnibus predicatorum add. P³ ~ intelligent] intelligentem P³ ~ sancti] legem add. et post del. T ~ vocem om. P³ ~ vocem divinam] divinam vocem T ~ *de celo dicentem] dicentem de celo α Tr ~ exponentes] exponentem P³ ~ spargerent] ponenter P³ ~ signa] id est add. P³ ~ *scilicet om. ω^g ~ fidelibus om. L ~ scribere inter lin. Tr ~ ea² om. P² P³ ~ nichil] utile add. α Tr^{in marg.} ~ generarent] generent α Tr : generantur P³ ~ verbum dei conclucandum] conculcandum verbum dei γ ~ et fore derisioni om. α Tr P³ ~ autem] enim α Tr : om. P² ~ caput est] est caput α Tr ~ edificationi] edificatio P³

10,4. margaritas...porcos = Mt 7,6

resurrectionis^m; superius per signatum librum Vetus Testamentum diximus figurari, nunc angelus faciem suam ut solem ostendens, ea que latebant nascendo, moriendo, resurgendo aperuit^m |ET POSUIT PEDEM SUUM DEXTRUM SUPER MARE, SINISTRUM AUTEM SUPER TERRAM| Per pedem dextrum illa significantur membra que nullis adversitatibus franguntur, nullis successibus extolluntur. Per sinistrum autem qui super terram ponuntur, hi qui super soliditatem fidei locati sunt^m |SUPER MARE| gentiles Deum amaricantesⁱ |SINISTRUM| paucosⁱ |SUPER TERRAM| id est super Iudeos qui iam inculti erant vomere legis^m; queritur cur Iudaicus populus maioris dignitatis esset quam gentilis: quare Deus posuit sinistrum pedem super Iudeos, dextrum autem super gentes. Quod sic solvitur: Iudaicus populus qui maceratus fuerat et constrictus vinculis legis, minori predicatione indigebat quam gentiles, qui semper fuerant sine lege^m 10,3. |CLAMAVIT| predicavitⁱ |VOCE MAGNA| id est perterre-faciente bestiales mentes hominum per Evangelium dicendo: «Genimina vipearum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?». Et: «omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in igne mittetur»^m |SEPTEM TONITRUA| id est omnis ordo predictorum septiformi gratia illuminatusⁱ |VOCES SUAS| non Iudeorum fabulas, non philosophorum nenias, non hereticorum versutias^m 10,4. |SEPTEM TONITRUA| omnes predictatoresⁱ |SIGNA| commenda memorieⁱ |ET NOLI EA SCRIBERE| omnia predicare lacte indigentibus et non solido cibo^{im}

10,2. figurari] prefigurari P⁴ ~ ut solem *om.* P⁴ ~ pedem dextrum] dextrum pedem P⁴ ~ ponuntur] ponitur L ~ hi *om.* P⁴ ~ gentiles deum amaricantes *om.* L ~ sinistrum pedem sinistrum P⁴ ~ gentes] gentiles P⁴ 10,4. lacte indigentibus lacte indignantibus P⁴

10,2. gentiles...amaricantes = Haimo, *ExpApc*, PL 117 col. 1062B 10,3. Gemina...ira = Mt 3,7 ~ omnis...mittetur = Mt 3,10 10,4. lacte...cibo *cfr.* I Cor 3,2 *et* Hbr 5,12-14

10,5. Contra immensam illam tribulationem que futura est tempore Antichristi et contra defectum predicationis que summa refectio est tempore persecutionis ponit eis consolationem, scilicet quia Christus promittit suis, quia eis amplius non erit tempus, id est quia carebunt omni mutabilitate. Et, ut securos faciat, premittit quasi argumenta exemplum sui, quia, assumptus in celum, iam est immortalis, et quia iurat eis hanc stabilitatem per viventem in secula seculorum. Et hoc est: *angelus, Christus, quem vidi stantem super mare et super terram, levavit, id est exaltavit, manum suam, humanam naturam, qua ipse operatus erat ad celum.* 10,6. *Et iuravit, firmiter statuit quia, sicut Christus resurrexit, et nos resurgemus per viventem in secula seculorum,* scilicet per seipsum. Iurare Dei *per viventem* nichil aliud est nisi quia, sicut ipse vere vivit, ita certum est quod promittit. *Qui creavit celum et ea que in eo sunt.* Modo ostendit eum potentem nos resuscitare, quoniam ipse ex nichilo fecit omnia; *et terram et ea que in ea sunt et mare et ea que in eo sunt.* Ubi hec omnia a Deo dicit creatas, destruit hereses quorundam, qui astruebant res quasdam a demonie creatas. *Quia tempus non erit amplius.* Bonis quidem non erit mutabilitas, quia impassibles erunt et immortales; malis eterna mutabilitas secundum diversas penas. 10,7. *Sed in diebus vocis septimi angeli, cum ceperit tuba canerre, consummabitur misterium Dei,* scilicet remuneratio sanctorum, quod est secretum «quod nec oculus vidit nec auris audivit», *sicut evangelizavit per servos suos prophetas.* Predixerunt enim prophete primum et secundum adventum Domini.

10,5. quia^{1]}] quam α Tr ~ promittit] premittit P³ ~ *quia^{2]}] quod ω^g ~ quasi om. P² ~ exempli L ~ quia^{4]}] quasi L ~ assumptus] est add. α Tr ~ iam] non add. et post del. T ~ *et hoc est om. ω^g ~ angelus] id est add. P² P³ ~ stantem] stare P² ~ suam] id est add. γ ~ erat] est α Tr 10,6. *IURAVIT] id est add. ω^g ~ sicut^{1]}] si P² ~ resurrexit] ita add. α Tr ~ seculorum] nichil add. P² ~ scilicet per seipsum *in marg.* Tr ~ scilicet^{1]} om. P⁴ ~ *nichil aliud est] non est aliud ω^g ~ aliud est] est aliud P³ ~ est^{1]} om. P² ~ nisi] non P² ~ *quia^{2]} om. ω^g ~ eo^{1]}] ea M P^{b. r.} ~ sunt^{1]}] scilicet angelicas creaturas add. P³ ~ ostendit] ostendunt a.c. P² ~ nos] vos P⁴ ~ ex] de P² ~ sunt^{2]}] scilicet homines et bestias et omnia alia add. P³ ~ *EO^{2]}] ILLO ω^g ~ sunt^{3]}] ut pisces et alia add. P³ ~ ubi om. P³ ~ a deo dicit] dicit a deo P² ~ hereses] heresem P² ~ *hereses quorundam] heresim quarundam ω^g ~ *demone] esse add. ω^g ~ et⁸ *inter lin.* Tr ~ immortales] immortalitas P⁴ ~ *secundum] per ω^g ~ penas] personas P⁴ 10,7. vocis om. P T Tr m ~ angeli om. P² ~ misterium] ministerium a.c. M ~ quod^{2]}] quia P³ cum ω^g ~ nec auris audivit] etc. α Tr ~ audivit] et quod cecitas constringit ex parte in israel ut sic plenitudo gentium intraret et sic omnis israel salvus fiet add. P³ cum ω^g ~ *domini om. ω^g: christi P²

10,7. quod nec...audivit = I Cor 2,9

10,5. |LEVAVIT MANUM SUAM AD CELUM| opera sua ascendentia ad celumⁱ
 10,6. |IURAVIT| immobiliter cum Patre disposuit^{im} |ET EA QUE| angelicas
 creaturasⁱ |ET TERRAM| Ecclesiam vel realiterⁱ |EA QUE| bona opera vel
 homines et bestiasⁱ |ET MARE| gentiles vel realiterⁱ |ET EA QUE IN EO SUNT|
 rationem vel piscesⁱ 10,7. |IN DIEBUS| in tempore ultime predicationisⁱ
 |VOCIS SEPTIMI| quia tempus persecutionis Antichristi vel mutationis re-
 rumⁱ |CONSUMMABITUR| finietur, tunc erit finis cum plenitudo gentium
 intraveritⁱ |MISTERIUM| predicatioⁱ |SICUT EVANGELIZAVIT| «contigit cecitas in
 Israel, donec plenitudo gentium intravit et tunc omnis Israel salvus fiet»ⁱ

10,7. ultime predicationis] predicationis ultime P⁴ ~ intraverit] intraret P⁴

10,7. contigit...fiet = Rm 11,25-26 ~ vox ista...fidei = Haimo, *ExpApC*, PL 117, coll.
 1065A-B

10,8. *Et audivi vocem de celo, divinam admonitionem, iterum, id est de eisdem agentem, loquentem mecum et dicentem: Vade, profice in virtutem et Dei gratia dignum te exhibe. Accipe librum de manu angeli, et sic intellige Scripturam a Deo completam per carnem assumptam, stantis supra mare et supra terram, parati adiuvare accedentes.* 10,9. *Et abii ad angelum, quasi obediens ampliavi mentem. Et hic aperte docet quid debeat facere. Dicens ei, opere et oratione, ut daret michi librum, ut aperiret michi sensum Scripturarum, et dixit michi quia, si quem paratum videt, quod bonum est sponte offert. Accipe et devora illum, tracta diligenter inquirendo et operando, et faciet amaricare ventrem tuum, quia grave est carni implere divina precepta. Per ventrem, qui est mollis et fragilis, accipit carnem. Sed in ore tuo erit dulce tamquam mel, id est predicando et cogitando.* 10,10. *Et accepi librum de manu angeli, operatione et gratia Christi, et devoravi eum: et erat in ore meo tamquam mel dulce. Et cum devorasset eum, amaricatus est venter meus, grave est enim carni nostre iejunare et cetera que precipiuntur.* 10,11. *Et dixit michi, scilicet commonuit me ad predicationem, manifestans michi quia de captione illa exirem. Oportet te iterum prophetare gentibus et populis et linguis et regibus multis, iniuncta predicatione dedit michi Scripturas auxilio.*

10,8. ET AUDIVI VOCEM DE CELO ITERUM LOQUENTEM MECUM ET DICENTEM] ET VOX QUAM AUDIVI ITERUM LOQUENTEM MECUM DE CELO ET DICENTEM L : ET VOX QUAM AUDIVI DE CELO ITERUM LOQUENTEM MECUM ET DICENTEM P⁴ ~ audivi vocem] vocem audivi P³ Tr ~ *virtutem] virtute ω^g : dei add. a Tr ~ dei gratia] gratia dei a Tr ~ dei gratia dignum te] dignum dei gratia te P² ~ dignum te] te dignum a Tr ~ angelij scilicet evangelium iam apertum add. P³ ~ supra¹] super P ~ supra²] super M P ~ deo] datam add. P⁴ 10,9. librum] id est add. a Tr ~ scripturarum inter lin. T ~ quia si quem paratum non legitur P³ ~ quia¹] deus add. P⁴ ~ quia¹...offert om. L ~ quem] deus add. P² ~ sponte om. P³ ~ accipe] librum add. P² P³ Tr^{a.c.} ~ illum] eum P² : discere et recede in ventre memoriae add. P³ : inter lin. Tr : id est add. a Tr ~ inquirendo et operando] operando et inquirendo a Tr ~ ventrem tuum] tuum ventrem P² ~ *implere divina precepta] divina precepta implere ω^g ~ sed in ore tuo non legitur P³ ~ tuo inter lin. Tr ~ id est om. P⁴ ~ et⁹ om. P⁴ : docendo et add. T 10,10. angelij et add. P³ ~ et gratia christi non legitur P³ ~ tamquam mel non legitur P³ ~ est venter meus gra- non legitur P³ ~ est¹ inter lin. Tr ~ est enim] enim est P² ~ enim om. P⁴ ~ cetera que precipiuntur non legitur P³ ~ precipiuntur] precipiantur P⁴ 10,11. commonuit] commononet P⁴ ~ illa om. P⁴ ~ gentibus et populis] populis et gentis P m ~ iniuncta...auxilio apud CALAMUS L ~ linguis et regibus non legitur P³ ~ michi scripturas non legitur P³

10,8. |VOX| intonuitⁱ; vox ista interna est inspiratio quam Deus inspirat coribus fidelium, ut accedant ad eum gressibus fidei^m; modo locutus de tribulatione Antichristi reddit ad tempus quod erit ante ipsum, quo Scriptura aperietur sanctis contra malos^m |VADE| disceⁱ |ACCIPE| affectu cordis non passibus pedum^m |LIBRUM APERTUM| Evangelium iam apertum^{im} |DE MANU ANGELI| de opera Salvatorisⁱ |STANTIS| id est parati defendere suos contra mare, id est in gentes, et contra terram, id est Iudeos^{im} |SUPRA MARE| qui fecit utraque unumⁱ 10,9. |ET ABII| relinquendo ei retiaⁱ |AD ANGELUM| secutus sum Dominumⁱ |UT DARET| scientiam Evangeliiⁱ |LIBRUM| liber iste dulcis est illis qui sunt os Domini, id est fidelibus, illis autem «quorum deus venter est», amarus^m |ACCIPE| disce et reconde in ventre memorieⁱ; accipe et devora, iugi attritione et studiosa intentione investiga illum^m |DEVORA ILLUM| predicando aliisⁱ |AMARICARE| quia amara erit ipsa doctrina inferioribus membris Ecclesie^m |VENTREM| inferioresⁱ |TUUM| Ecclesieⁱ 10,10. |ET ACCEPI| didiciⁱ |LIBRUM| Evangeliumⁱ |DE MANU| operaⁱ |ANGELI| Christiⁱ |ET DEVORAVI| predicavi aliisⁱ 10,11. |ET DIXIT MICHI| «O Iohannes, non morieris in Pathmo, sed scribes Evangelium multis profoturum»^{im} |POPULIS| Iudeorumⁱ |REGIBUS| gentiliumⁱ

10,8. modo...malos om. L ~ disce om. L ~ affectum...pedum om. L ~ opere P⁴
 10,9. reliquendo...retia om. P⁴ ~ dominum] deum secutus sum deum et hii qui aperte docet quid beat facere P⁴ ~ devora] id est add. P⁴ ~ ecclesie² om. P⁴

10,9. quorum Deus venter est = Phil 3,19

CAPUT XI

11,1. *Et datus est michi calamus*, id est Scriptura. Per calatum enim antiqui scribebant. *Similis virge*, id est sceptro, quia reges constituit, *dicens*, admonens: *Surge, egredere, ne pigriteris predicare, metire*, id est predica unicuique secundum suam capacitatem, ut sic facias eos *templum Dei*, sicut ille qui vult templum fundare, metitur iaciens fundamentum et longitudinem et latitudinem, etc. *Templum Dei et altare*, id est Christum. Minoribus namque est predicanda incarnatio enim et similia, maioribus unitas Trinitatis et talia, *et adorantes in eo*, scilicet constituas qualiter in ipso debeant adorare. 11,2. *Atrium vero quod est foris templum*, id est falsos Christianos qui se simulant Ecclesiam, sed tamen factis negant. *Eice foras*, et est premissa ratio quod sint eiciendi, quoniam sunt foris, scilicet non operantur ut Ecclesia; et hoc est quod dicit: *quod est foris templum eice foras excommunicando*, ostende extra esse, *et ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus*, id est omnino subtrahe predicationem, quoniam conformes sunt gentilibus. *Et civitatem sanctam concubabunt*, et isti Ecclesiam ad iure vivendum congregatam persequentur, *mensibus quadraginta duobus*, scilicet tribus annis et dimidio, scilicet toto tempore predicationis Antichristi. Et videtur per hoc innuere quod omnis persecutio sancte Ecclesie in quocumque procedat ab Antichristo, sicut illa spiritualis in tempore regni sui. Et ut presentes confortet, ne propter persecutio- nem, que quidem adhuc levis est, desistant a predicatione, dicit quia in tem- pore illius sevissime persecutionis predicabunt Helias et Enoch. Et hoc dicit:

11,1. est michi *inter lin.* Tr ~ per calatum *non legitur* P³ ~ enim^{1]}] hoc add. P⁴ ~ id est¹ om. a Tr ~ sceptro *non legitur* P³ ~ DICENS] ET DICTUM EST MICH^I L ~ egredere *non legitur* P³ : et add. P⁴ ~ *predicare*] venire P⁴ : om. P³ ~ id est² om. a Tr ~ unicuique] cuique a Tr ~ secundum *non legitur* P³ ~ dei¹ *non legitur* P³ : id est christum vel aliter metire id est discretionem ha**bere** predices non enim est illis *predicandum* de qui- bus di**cit** noli**t**e sanctum dare canibus neque margaritas vestras *ante porcos* nec obstinatis add. P³ ~ *sic om. ω^g ~ sicut...christum om. P³ ~ altare] eius add. a Tr ~ enim² om. a Tr : nativitatis P³ ~ adorantes] habitantes P² P³ ~ ipso] eo γ 11,2. *VERO] AUTEM ω^g ~ *templum om.* P² P³ : *inter lin.* Tr ~ *simulant*] esse add. P² ~ premissa ratio] ratio premissa a Tr ~ *sunt¹] sint ω^g ~ ut¹] in P⁴ ~ quod³] cum T Tr ~ foris²] foras L : vel aliter atrium id est illos qui licet sint in ecclesia secundum corpus tamen sunt extra fidem catholicam add. P³ cum ω^g ~ *FORAS] id est add. ω^g ~ esse *inter lin.* Tr ~ illud] eum P² P³ Tr^{a.c.} ~ gentilibus²] vel datum est gentilibus scilicet caput sunt gentium eas def**en**dendo add. P³ ~ *et⁵ om. ω^g ~ scilicet tribus annis et dimidio om. a Tr ~ *scilicet²] id est ω^g ~ videtur per hoc] per hoc videtur a Tr ~ innuere quod] inventire quia P² ~ quocumque] tempore add. a Tr ~ procedat] sit a Tr ~ spiritualis om. a Tr : que erit add. a Tr ~ regni sui] suo a Tr ~ *est⁸ om. ω^g ~ desistant *in marg.* T ~ illius sevissime] sevissime illius γ ~ et¹⁰ om. P³ ~ hoc³] est quod add. *inter lin.* a.m. T ~ *et hoc dicit om. ω^g

11,1. |CALAMUS| ad scribendum Evangelium rectam habens doctrinamⁱ; *calamus* doctrina Evangelii correctoria, ut ibi: «Penitentiam agite, appropinquant enim regnum celorum»^m; Scriptura observata, recte facit gradi et tandem regere^m |DICENS| admonens et dictum est michi^m |METIRE| id est contempera predicationem tuam pro capacitatem uniuscuiusque^m |TEMPLUM DEI| id est fideles qui sunt *templum Dei*, id est minores vel provectosⁱ |ALTARE| maiores vel perfectisⁱ |ADORANTES| mediocres vel minoribusⁱ 11,2. |ATRIUM| id est illos qui licet inhereant Ecclesie secundum corpus, tamen sunt extra fidem catholicamⁱ |EICE FORAS| non recipiendoⁱ |NE METIARIS ILLUD| «noli sanctum dare canibus»ⁱ |QUONIAM| ideo eiceⁱ |DATUM EST GENTIBUS| id est dati sunt erroribus gentium vel reputati sunt inter gentes quantum ad damnationem vel sunt caput gentium eas defendendo^m |CIVITATEM| Ecclesiamⁱ; civitas est congregatio gentium ad iure vivendum^m |MENSIBUS| Antichristi quadragintaⁱ

11,1. scriptura...regere *om.* L ~ admonens...michi *om.* L ~ contemperare] contemperare
p.c. L (contempla *a.c.*) 11,2. non recipiendo] non recipias P⁴ ~ ideo eice *om.* L ~ ecclesiam *om.* P⁴ ~ antichristi quadraginta *om.* L

11,1. Penitentiam...celorum = Mt 3,2 et 4,17 11,2. noli...canibus = Mt 7,6 ~ civitas...vivendum = Marius Victorinus, *Rhet. I.1*, p. 10, rr. 85-6

11,3. et dabo, Verbum Dei, duobus testibus meis et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, predicabunt tribus annis et dimidio et tunc, incipiens regnare Anti-christus, interficiet eos, amicti succis, scilicet ueste penitentiali, non quod his opus esset penitentia, sed quia in se opere impleant que alios docent. 11,4. *Hi sunt due olive.* Oliva est arbor plena succo et isti pleni sunt Spiritu sancto, et duo candelabra lucentia, quia aliis prebent lumen, in conspectu Domini terre stantes, in beneplacito Dei. Modo ostendit quod invincibilem potentiam dat suis Deus damnandi impios. 11,5. Et hoc est: *et si quis voluerit eos nocere,* a veritate devo-cando, *ignis exier de ore eorum,* id est spiritualis sententia, et devorabit, damnabit, inimicos eorum. *Et si quis voluerit eos ledere corporaliter,* sic oportet eum occidi, id est spirituali sententia. 11,6. *Et hi habent potestatem claudendi celum,* id est Scripturas, que celant arcana Dei, ne pluat diebus prophetie ipsorum, quia non predicabunt nisi congruo tempore. Hec figura talis fuit dum Helias per tres annos et dimidium pluviam realiter cessare fecit, et potestatem habent supra aquas, id est doctrinas suas, que mentes fidelium irrigant, convertendi eas, quantum ad perverse intelligentes, in sanguinem, in peccatum, sicut legitur Moyses fecisse in Egypto, et percutere terram, terrenos, omni plaga, sicut fuerunt Egyptii, quotiescumque voluerint.

11,3. mille om. P² ~ SEXAGINTA] id est add. L : et add. P⁴ ~ eos om. L : a.m. P⁴ : aperte add. a Tr ~ eos non legitur P³ ~ *SUCCIS] SACCIS ω^g M P ~ scilicet] id est a Tr ~ non quod his non legitur P³ ~ quod om. P² ~ opus esset] esset opus P² P³ ~ *impleant] implet ω^g ~ *que] quod ω^g ~ impleant...oli- non legitur P³ 11,4. HI SUNT DUE OLIVE ET DUO CANDELABRA LUCENTIA] HII SUNT DUO CANDELABRA LUCENTIA ET DUE OLIVE P⁴ ~ *arbor om. ω^g ~ pleni non legitur P³ ~ aliis prebent non legitur P³ ~ *pre-bent lumen] lumen prebent ω^g ~ dei] vel olives id est pingues et fertiles spiritu <sapientie> add. P³ cum ω^g ~ *modo om. ω^g ~ *invincibilem] non vincibilem ω^g ~ potentiam] penitentiam a.c. L ~ suis deus dam- non legitur P³ ~ *et hoc est om. ω^g 11,5. et¹ om. P³ ~ voluerit eos¹] eis voluerit γ : eos voluerit T Tr ~ nocere] predicationi eorum obviare add. P³ cum ω^g ~ a...devocando om. L ~ ore inter lin. Tr ~ *EORUM] ILLORUM ω^g ~ si...voluerit² non legitur P³ ~ voluerit eos] eos voluerit a Tr ~ id est²] sic a Tr 11,6. et¹ om. P² P³ ~ claudendi] audiendi P² : non legitur P³ ~ dei ne non legitur P³ ~ ipsorum] illorum P² P³ ~ quia non...tempore om. P⁴ ~ predicabunt] predicabant L ~ nisi congruo tem- non legitur P³ ~ per tre an- non legitur P³ ~ fecit] <ν>el aliter ne pluat id est ne predictet prophetias <ceteras> scilicet ne refutet predicationi priorum pre<dicatorum> vel ne impediatur propheta illorum id est helie <et enoch> add. P³ cum ω^g ~ id est²]> insipientes add. sed non legitur P³ ~ doctrinas...irrigant om. P³ ~ intelligentes] vel convertendi eas ad christum et ita <quod non du>bitent et sanguinem suum fudere pro christo add. P³ cum ω^g ~ *SANGUINEM] id est add. ω^g ~ moyses in marg. Tr ~ TERRAM] id est add. P⁴ ~ sicut non legitur P³

11,6. Helias...fecit qfr. I Sm 17,1 ~ sicut legitur...Egypto qfr. Ex 7,20

11,3. [DABO] librumⁱ [DUOBUS TESTIBUS] Helie et Enochⁱ [DIEBUS MILLE] tribus annis et dimidioⁱ [AMICTI SACCIS] merore et doloreⁱ; preferentes habitum penitentieⁱ 11,4. [HI SUNT] scilicet Helias et Enochⁱ; modo commendat eos quos dicit esse testes suos^m [DUE OLIVE] id est pingues et fertiles Spiritu sapientie^m [CANDELABRA] id est comportantes et sustentatores veri luminis, id est Christiⁱ [IN CONSPECTU] in beneplacito illius qui non tantum celi, sed etiam <terre> est Dominus et Deus; vel contra voluntatem Antichristi qui ei videbatur Deus terre^m [TERRE STANTES] immobiliter perseverantesⁱ 11,5. [VOLUERIT NOCERE] predicationi illorum obviareⁱ [IGNIS] scilicet verbisⁱ; ignita predicatioⁱ [DEVORABIT] transglutiet eos sibi conformando^{im} [LEDERE] occidereⁱ [SIC OPORTET] scilicet per predicationem illorumⁱ [EUM] vel eosⁱ [OCCIDI] in maloⁱ 11,6. [HI HABENT] commendavit superius personas illorum, modo vult ostendere potestatem quam habent a Deoⁱ [CELUM] ordinem predictorumⁱ [NE PLUAT DIEBUS] id est ne predictet propter has causas, scilicet vel ne refutetur predicatio ipsorum predictorum vel ne impediatur predicatione eorum, id est Helie et Enoch^{im} [PROPHETIE] predicationisⁱ [SUPER AQUAS] id est super universas doctrinas^{im}; id est mentes fideliumⁱ [CONVERTENDI EAS] ad Christum et ita quod non dubitent etiam sanguinem suum fundere pro Christo^m [IN SANGUINEM] id est in damnationem et mortem illorum qui predictant eas, unde Apostolus: «Aliis sumus odor mortis in mortem, aliis odor vite in vitam»^m [TERRAM] id est homines terrenitati tantum inherentesⁱ [OMNI PLAGA] id est exteriori et interiori: exteriori ut faciant eos occidi, interiori duabus modis vel ut convertantur et salventur, vel excecentur et damnentur^m

11,3. librum *om.* P⁴ 11,4. testes suos] suos testes P⁴ ~ comportantes] portatores P⁴ ~ id est christi *om.* P⁴ ~ terre *conieci restituendum* : *om. codd.* ~ est⁴ *om.* P⁴ 11,5. per *om.* P⁴ ~ vel eos *om.* L 11,6. CELUM] id est P⁴ ~ vel¹ *om.* P⁴ ~ eorum *om.* L ~ predicationis *om.* P⁴ ~ doctrinas] vel super omnes insipidos *add.* P⁴ ~ id est mentes fidelium *om.* L ~ etiam sanguinem] sanguinem etiam P⁴

11,6. Aliis...vitam = II Cor 2,16

11,7. *Et cum finierint, id est consummaverint, testimonium suum, predicationem, bestia, Antichristus, que ascendet ad regnum, de abyso per tenebrosos, faciet adversus eos bellum, ad litteram vel disputationibus, et vincet eos et occidet illos corporaliter.* 11,8. *Et corpora eorum iacebunt in plateis, ut sic terreantur alii ab imitatione eorum, civitatis, Ierusalem, magne olim in virtutibus, nunc in malitia, que vocatur spiritualiter Sodoma, id est muta, quia tunc non predicabitur in ea, et Egyptus, ceca id est tenebrosa, quia tunc erit sine cognitione Dei. Ubi et Dominus eorum crucifixus est,* 11,9. *et videbunt de tribubus et populis et linguis et gentibus, corpora eorum per tres dies et dimidium. Quidam videbunt oculis, quidam sola fama, quia toto tempore illius lecatoris predicabitur. Videte ne sitis consimiles illis qui sic iacent inhumati, et corpora eorum non sinent ponи in monumentis.* 11,10. *Et inhabitantes terram, mali scilicet, gaudebunt super illos et iucundabuntur et munera mittent ad invicem, hoc est signum iucunditatis, quoniam hi duo prophete cruciaverunt eos, id est nequias illorum contundendo, qui inhabitant super terram.* 11,11. *Ostensa tribulatione eorum, per quorum exemplum istum invitabat ad predicandum, et etiam, si opus sit, ad patiendum, ostendit et ipsorum coronas, ut similiter istum de premio securum faciat. Et hoc est: et post tres dies et dimidium spiritus vite, id est anima eternaliter vivificans, non anima iam tantum servitura his sensibus, a Deo intravit in illos, scilicet intraturum vidi, et steterunt, scilicet iam impassibiles et immortales, super pedes suos, scilicet*

11,7. *cum finierint] consumerunt P² ~ id est] cum add. inter lin. P³ ~ consummaverint] consummaverunt P² ~ suum om. γ Tr : scilicet add. α Tr ~ *testimonium suum predicationem] testimonium summ ω^g ~ *antichristus] vel diabolus add. ω^g ~ ascendet] ascendit P² ~ disputationibus] disputationis P³ ~ et vincet eos et occidet illos] et occidet illos et vincet illos P³ ~ eos] illos α Tr P³ ~ illos] et add. P³ ~ corporaliter om. L* 11,8. *ET CORPORA EORUM IACEBUNT] ET IACEBUNT CORPORA EORUM P⁴ ~ alii om. P³ ~ olim] dudum P² ~ spiritualiter] scilicet P ~ ea] verbum dei add. P³ ~ ceca om. α Tr ~ et³ om. α Tr ~ DOMINUS] DEUS L ~ eorum] id est christus add. P³* 11,9. *de tribubus et populis] de populis et tribubus P ~ PER TRES DIES] TRIBUS DIEBUS P⁴ ~ *videbunt² om. ω^g ~ tempore] corpore L P^{4 a.c.} ~ lecatoris] nequisissimi impostoris et haeresiarchae antichristi m ~ predicabitur] dicentes bonis tunc add. P⁴ ~ *consimiles] conformes ω^g ~ iacent] modo add. P⁴ ~ inhumati in marg. a.m. T* 11,10. *inhabitantes] habitantes T ~ gaudebunt] letabuntur P³ ~ super illos om. P ~ illos] imperfectos et inhumatos add. P³ ~ *AD INVICEM] INVICEM ω^g ~ prophete] elias et enoc <christi> imitatores add. P³ ~ eos om. γ Tr : illos P² P³ ~ id est om. P³ cum ω^g ~ nequias] nequitas P ~ illorum] eorum P³ ~ inhabitant] habitant P³ 11,11. ad predicandum...opus om. P³ ~ sit] esset γ : fuerit T : om. Tr ~ ipsorum] eorum L ~ *et hoc est om. ω^g M ~ et⁵ om. P³ ~ tres dies] dies tres P³ ~ dimidium] intrabit add. P² ~ id est om. α Tr ~ a om. P³ ~ deo] vel spiritus vite quia resurgent sancti corporibus receptis add. P³ ~ scilicet intraturum vidit om. P⁴ ~ vidi om. P³ ~ scilicet³] id est P⁴*

11,7. |TESTIMONIUM| predicationem que confert testimonium Deoⁱ |ABYSSO| profunditate inferniⁱ |OCCIDET EOS| non convertendo ad se, sed occidendo quantum ad corpus^{im} 11,8. |SPIRITUALITER| secundum interpretationemⁱ |SODOMA| muta, non loquens Verbum Deiⁱ |EGYPTUS| tenebre, vel ceca in interiori^{mi} |UBI ET DOMINUS EORUM CRUCIFIXUS EST| et ne aliquis vellit hoc totum esse dictum de alia civitate subiungit^{im} 11,9. |ET VIDEBUNT| ac si dicat: tanta erit per omnes gentes sanctorum persecutio, quia etiam corpora eorum inhumata iacebant^m |DE POPULIS| Iudeorumⁱ |ET GENTIBUS| quantum ad gentilesⁱ |PER TRES DIES| annisⁱ 11,10. |INHABITANTES| omnes querentes tantum terrenaⁱ |GAUDEBUNT| interiusⁱ |SUPER ILLIS| interfectisⁱ |IOCUNDABUNTUR| exteriusⁱ |MUNERA| eulogiarumⁱ |CRUCIAVERUNT| cruciatum sempiternum illis promiserunt^{im} 11,11. |POST DIES TRES| finita predicatione Antichristi vel post paucum tempusⁱ |VITE| missusⁱ |SPIRITUS VITE| resurgent sancti, corporibus receptis, vel Spiritus sanctus vivificans et illuminans corda eorum^m |STETERUNT| id est illi qui prius fuerant aversi steterunt, id est se erexerunt a vitiis exeentes^m |SUPER PEDES SUOS| id est super corda sua, unde dictum est: «Prevaricatores redite ad cor»^m

11,7. TESTIMONIUM] que add. P⁴ 11,9. etiam] et P⁴ ~ annis om. L 11,10. exterius om. P⁴ 11,11. resurgent] resurgant L (sed fors. -ent p. c.)

11,11. Prevaricatores...cor = Is 46,8

firmi, non indigentes quo innitantur, sicut prius viventes in senio, *et timor magnus cecidit super eos*, quasi pondus opprimens, *qui viderunt eos*, sic glorificatos. 11,12. *Et audierunt vocem magnam*, magne operationis, *de celo*, a Christo vel ab archangelo dicentem, in ipso actu adimplentem, illis: *Ascendite huc*, ad consortium sanctorum. *Et ascenderunt in celum in nube*, que ipsis sit refrigerio, inimicis sit timori. *Et viderunt illos inimici eorum*, 11,13. *et in illa hora*, scilicet tempore glorificationis eorum, *factus est terremotus magnus*, movebuntur terreni vel in occisione istorum movebitur Ecclesia, *et decima pars civitatis*, id est mali, licet ad hoc sint constituti, ut decimus ordo ex hominibus restitueretur; *cecidit* in penas vel de Ecclesia, *et occisi sunt in terremotu*, eterna morte vel quia postea non resipuerunt; *nomina hominum*, scilicet quos Deus malos sciebat per proprias distinctiones quasi per nomina, *septem millia*, universi perfecti in malitia, *et reliqui*, scilicet boni, qui non ceciderunt in penas, *sunt missi in timore*, scilicet timent casum vel in reverentia Dei, *et dederunt gloriam Deo celi*, sibi nichil attribuendo. 11,14. *Ve secundum abiit*. Secunda damnatio dicta est, *et ecce tertium ve veniet cito*, vel narratione vel etiam tempore, 11,15. *et septimus angelus tuba cecinit*, ordine narrationis et temporis. Cum angelus iste annuntiet iudicium, non dicitur *ve*, nisi quantum ad partem malorum, *et facte sunt voces magne in celo dicentes*, id est laudes Deo de iustorum salvatione et malorum damnatione. *Factum est regnum huius mundi Dei nostri*, scilicet qui prius vilis et abiectus erat mundo, iam obtinet sibi regnum, coronans bonos et puniens malos,

*sic om. L ~ glorificatos] glorificantes L 11,12. audierunt] audivi P³ ~ de celo] id est add. P³ ~ ab om. a Tr ~ dicentem om. P³ ~ ipso] illo P² ~ adimplentem] adimplentes P⁴ ~ ILLIS] EIS L ~ ascendite] resurgite add. P³ ~ *ad consortium sanctorum apud IN CELUM ω^g ~ *sanctorum] vel materiale add. ω^g ~ eorum] illorum P² : ut magis torquerentur add. P³ 11,13. et¹] etiam P² ~ scilicet¹ om. a Tr ~ eorum] et add. P² ~ magnus] id est add. P³ ~ terreni] vel terremotus id est tribulatio magna sicut danielem dicitur veniet tempus quem non fuit ex eo ex quo gentes esse ceperunt add. P³ cum ω^g ~ istorum] eorum a Tr ~ licet inter lin. T ~ ut] et a.c. M ~ occisi] occi T ~ OCCISI] OCCISA L^{b. c} P⁴ ~ vel³] scilicet P³ ~ *postea non om. ω^g ~ resipuerunt] respuerunt P² ~ scilicet² om. P³ ~ malos sciebat] sciebat malos P⁴ : prescivit malos a Tr^{inter lin.} ~ MILIA] id est add. L : scilicet add. P⁴ ~ malitia] vel septem milia quasi septem principalibus vitiis involuti add. P³ ~ ceciderunt] ceciderant L ~ sunt missi in timore] in timore sunt missi T ~ timore] timorem P³ ~ in reverentia] in reverentiam L : reverentiam P⁴ 11,14. abiit] penitentia dei est mutabilium vel mutandarum rerum sine sui imitatione mutatio add. P² : add. Tr apud cito et post del. ~ TERTIUM] ITERUM P⁴ ~ tertium ve] ve tertium T ~ ve² inter lin. P² ~ vel¹ om. a Tr : in P⁴ ~ vel² om. L ~ etiam om. P⁴ : in marg. P 11,15. cecinit om. Tr ~ dicitur om. P² ~ id est om. P⁴ ~ id est damnatione om. L ~ iustorum] cunctorum a.c. P² ~ dei] domini P⁴ P³ ~ scilicet qui om. P³ ~ vilis et abiectus erat] erat vilis et abiectus a Tr ~ erat om. P⁴ ~ *mundo] in mundo ω^g ~ scilicet¹...malos supra VOCES MAGNE IN CELO transposuit L*

|ET TIMOR MAGNUS| et notatur ex hoc valetudo resurgentium^{im}; et illis illuminatis et sic conversisⁱ |SUPER EOS| id est super aliosⁱ |QUI VIDERUNT EOS| et sic dubitaverunt quid facerentⁱ 11,12. |ET AUDIERUNT| tandem credideruntⁱ |VOCEM| archangeliⁱ |ASCENDERUNT| rapiuntur in nubibus obviam Christoⁱ |INIMICI EORUM| alii vel ut magis torquerenturⁱ |IN NUBE| id est in predicione alicuius vel Christi incarnatione, unde dicitur: «Ascendet nubem levem et intrabit Egyptum»^m 11,13. |TERREMOTUS| Iudeorum conversioⁱ |TERREMOTUS MAGNUS| tribulatio magna, sicut per Danielem dicitur: «Veniet tempus quale non fuit», ex quo *et decima pars civitatis* que constat ex angelis et hominibus sanctis, *cecidit*, illa scilicet que ad novem angelorum ordines non pertingens, locum decimi ordinis minime tenet. In septem milibus vero omnes reprobi qui sub eadem persecutione in anima mortui sunt intelliguntur, reliqui vero, qui in fide permanerunt vel post lapsum ad fidem redierunt, in timore sunt et gloriam dederunt Deo: quo donante steterunt et ideo post ruinam erecti sunt^m |ET INILLA HORA| redit ad superiora in illa hora, finitis tribus annis et dimidio^m |ET DECIMA PARS| qui non fuerunt digni decimum ordinem implere; cives Babilonie^m |CECIDIT| vel cecidit de malo in bonum^{im} |OCCISI| in vitiisⁱ; morte infidelitatisⁱ |NOMINA HOMINUM| omnes reprobi septem vitiis occupati, id est illi qui erant nominati et prescripti in libro vite perfecta illustratione septiformis gratie^m |ET RELIQUI| qui non statim cecideruntⁱ; et ceteri qui non sunt lapsi vel qui post lapsum ad fidem reversi sunt^m |IN TIMORE| scilicet prius dubitantes quid facerent^m |ET DEDERUNT GLORIAM| tandem credideruntⁱ 11,14. |VE SECUNDUM ABIIT| ve primum fuit subversio preambulorum Antichristi, secundum ve subversio et tribulatio Antichristi^m; persecutio Antichristi et suorumⁱ; nota quod tertium ve non erit sanctorum sicut duo premissa, sed reproborum. Nam gloria et remuneratio bonorum quam videbunt impii erit eis ve, id est luctus et mortalis dolor^m 11,15. |SEPTIMUS ANGELUS| quando «reliquie Israel salve facte sunt et plenitudo gentium intravit»ⁱ; sicut et ceteri Ecclesia est, non iam predicans ut antea, sed in conspectu sui Creatoris consistens, sicut superius angelus iuravit quod in diebus septimi angeli consummaretur misterium Dei^m |VOCES MAGNE| magna sanctorum exultatioⁱ |FACTUM EST REGNUM|

id est super alios *om.* L ~ facerent] sic *add.* L 11,12. in nubibus obviam] obviam in nubibus P⁴ ~ vel¹ *om.* P⁴ 11,13. redierunt] redigerunt P⁴ ~ id est illi] vel P⁴ ~ et³ *om.* P⁴ ~ ceteri...reversi sunt *om.* L ~ scilicet...facerent *om.* L 11,14. ve pri-mum...antichristi *om.* L ~ persecutio...suorum *om.* L

11,12. Ascendet...Egyptum = Is 19,1 11,13. Veniet...erecti sunt = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1077A-B ~ Veniet..fuit = Dn 12,1 11,14. nota..dolor = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1077C 11,15. reliquie...intravit = Rm 11,5 *et* 11,25

et Christi Filii eius et regnabit in secula seculorum, scilicet regnum illud tenebit in secula seculorum, in eternum non redibunt sancti vel damnati, ut mundum rursus incolant, sicut volunt quidam heretici. 11,16. *Et viginti quatuor seniores, non soli minores, sed et maiores, glorificabunt Deum, qui in conspectu Dei, id est considerantes quid Deo placet, sedent, scilicet iudicant etiam in presenti, in sedibus suis, in sibi subditis. Ceciderunt in facies suas, scilicet humiliaverunt se in conscientia vera, et adoraverunt Deum,* 11,17. *dicentes: Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, quia nos salvasti, impios damnasti. Qui es et qui eras, qui acceperisti virtutem magnam, resurgendo, Spiritum tuis dando, Ecclesiam colligendo, et regnasti, tuos a diabolo defendendo, insuper illius potestatem confringendo.* 11,18. *Et irate sunt gentes, pro regno tuo, et advenit ira tua, et tandem modo apparet ira tua in eis, et tempus mortuorum, advenit tempus reddere opportunitas tam bonorum quam malorum, iudicari, ut secernantur boni a malis, et reddere, advenit, mercedem servis suis prophetis et sibi et aliis preventibus, et sanctis in fide saltem fundatis, et timentibus nomen tuum, hic comprehendit quoscumque fideles, pusillis et magnis, et exterminandi eos, et advenit tempus ut extra terminos vere patrie ponantur qui corruperunt terram, scilicet seipso mala operatione, alias doctrina vel exemplo.*

VISIO QUARTA

11,19. In hac quarta visione agitur de pugna Ecclesie et diaboli et ostenditur quibus auxiliis Ecclesie vincatur diabolus, unde fideles maxime debent animari ne ab Ecclesia recedant. Antequam tractet istam quartam visionem, premitt aliquid de secunda, scilicet de revelatione misteriorum et de tertia, scilicet de officio predicationis impleto per septem angelos, quia hec visio pendet ex illis, quoniam ex reparatione hominum et damnatione malorum elicitur Ecclesia que hic pugnat. *Et apertum est templum Dei in celo, id est patue-*

et christi filii eius post dei nostri transposuit T ~ REGNABIT] REGNAVIT P⁴ ~ *scilicet²...tenebit om. ω^g ~ in eternum om. P⁴ ~ ut] auxilium rursus add. et post del. P² ~ incolant] incohant P³ : vel regnum illud manebit in eternum add. L ~ sicut...heretici om. P⁴ 11,16. seniores] scilicet add. α Tr ~ et¹] etiam α Tr ~ *glorificabunt] glorificant ω^g : glorificabant P³ ~ id est...placet om. L ~ placet] placeat P³ ~ SEDIBUS SUIS] id est add. L ~ sibi subditis] subditis sibi P⁴ ~ scilicet² om. P⁴ 11,17. agimus tibi] tibi agimus P³ ~ tibi inter lin. Tr ~ virtutem] tuam add. α Tr ~ spiritum] sanctum add. α ~ defendendo] et add. P² ~ *confringendo] constringendo ω^g 11,18. tempus reddere om. α Tr ~ advenit³] venit T ~ servis om. P² ~ suis] tuis L T Tr ~ *et⁶ om. ω^g ~ et⁸ om. M ~ in fide saltem] saltem in fide P³ ~ EXTERMINANDI] EXTERMINANDIS P⁴ ~ vere] venire a.c. P ~ scilicet] id est P⁴ ~ operatione] et add. P² 11,19. vincatur diabolus] diabolus vincatur P³ ~ *maxime debent] debent maxime ω^g ~ de tertia inter lin. Tr ~ scilicet²] id est α Tr ~ quia¹] que P³ ~ et⁴] de add. α Tr ~ elicitor] eligitur P⁴ P³ ~ pugnat] visio a.m. add. in marg. M

in quo prius regnabat Deusⁱ |DEI| Patrisⁱ |REGNABIT| numquam antea non regnaverit sed tunc manifeste apparebitⁱ 11,16. |ET VIGINTI QUATUOR SENIORES| quia ita regnabunt sancti predicatoresⁱ |QUI IN CONSPECTU DEI| scilicet Deo placere satagentes in sua predicatione, id est in cunctis que agunt Deum semper presentem attendunt^m |IN SEDIBUS SUIS| in sua prelationeⁱ |CECIDERUNT| se ipsos humiliaverunt, videntes iustum iudicium Dei^m |IN FACIES SUAS| id est in conscientias suas merita sua nulla esse putantes^m |ADORAVERUNT| omnia sua ad eum referentesⁱ 11,17. |GRATIAS| de operibusⁱ |QUI ES ET QUI ERAS| non subiungunt «qui venturus es» ut supra, presentem enim eum iam in iudicio demonstrantⁱ |QUI ERAS| ante seculaⁱ |VIRTUTEM| surgens a mortuisⁱ |ET REGNASTI| humanum genus fidei subiugandoⁱ 11,18. |ET IRATE| persecute sunt Ecclesiam ut ait Psalmus: «Dominus regnavit, irascantur populi»ⁱ |ET²⁻³| ideoⁱ |TEMPUS MORTUORUM| id est tempus vindicte quando irascentur prelatorum cervices^m; ut qui mortui sunt peccato moriantur damnatione perpetua^m |JUDICARI| malosⁱ |REDDERE MERCEDEM| et iustis reddantur premia eternaⁱ |ET SANCTIS| apostolis et martyribus vel apostolis^m |TIMENTIBUS| confessoribus Verbi vel martyribusⁱ |TUUM| scilicetⁱ |PUSILLIS| virginibusⁱ |ET MAGNIS| confessoribusⁱ; omnes sancti prophete sunt, sed qui reproborum supplicia et iustorum premia annuntiant remunerabunt ante. Utique tamen magni, quia bona que intelligent, iuvante se divina gratia, facere possunt, pusilli qui exequendi bona que volunt non habent locum^m |EXTERMINANDI| advenit scilicet tempus ut eliminentur a regno Deiⁱ |CORRUPERUNT TERRAM| id est corpora sua vel Ecclesiam suo malo exemplo^m 11,19. |ET APERTUM EST| hec visio revelataⁱ; illud id quod dixit in prima et in secunda et in tertia visione de persecutione Antichristi et suorum, dicit in hac visione sub diversis figuris incipiendo a Christi nativitate^m |TEMPLUM| eterna beatitudoⁱ |IN CELO| materiali

11,16. regnabunt] regnabit P⁴ ~ deum semper] semper deum P⁴ ~ id est² om. P⁴
 11,17. surgens a mortuis om. L 11,18. ideo om. P⁴ ~ prelatorum] populorum P⁴ ~
 perpetua] vel ut mortui iudicentur add. P⁴ ~ verbi om. P⁴ ~ scilicet² om. P⁴
 11,19. hec visio revelata] revelata hec visio P⁴ ~ illud id...nativitate om. P⁴

11,18. persecute...populi = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1078B et Ps 98,1 ~ ut qui...perpetua = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1078B ~ magni...locum = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1079B

runt misteria Ecclesie que figurabantur per tabernaculum, *et visa est arca testamenti eius*, id est Christus, in quo sunt absconditi thesauri sapientie, in quo est Vetus et Novum Testamentum, sicut in archa erant tabule et manna et cetera. Vel impletum, *in templo eius*, in Ecclesia que est in celo per bonam vitam, *et facta sunt*. Ecce de tertia visione: *fulgura*, miracula, ut predictum est per angelos, *et voces*, id est admonitiones, *et terremotus*, quidam sunt moti ad bonum, quidam non, *et grando magna*, quia predicatione puniens et contundens visa est intolerabilis.

CAPUT XII

12,1. *Et signum magnum apparuit.* Ex his vidi quamdam figuram procedentem, magnum quiddam significantem, *in celo*, quia res celestis fuit que apparuit. *Mulier*, ecce signum, quia significat Ecclesiam, *amicte sole*, id est Christo, qui eam obumbrat et illuminat, *et luna*, id est mundus, quia deficit et crescit, *sub pedibus eius*, quia mundo sustentatur in necessariis. Mulier significat Ecclesiam, quia sicut mulier parit et nutrit, ita Ecclesia parit homines in lucem et fidem et nutrit eos omnino bono Verbo divino, *et in capite eius corona stellarum duodecim*, id est in Christo Victoria mundi acquisita per duodecim apostolos, vel *in capite*, in principio Ecclesie eadem corona. **12,2.** *Et in utero*, id est in memoria latet aliquid sicut in utero, *habens*, Verbum Dei, *et clamabat*, predicando, *parturiens*, laborans ut aliquos in veram lucem emittat, *et cruciatur ab inimicis*

ecclesie^{3]}] ecclesia a.c. M ~ eius¹ om a Tr ~ *et novum om. ω^g ~ *testamentum] impletum et novum statutum add. ω^g ~ eius^{2]} id est add. P³ ~ FULGURA] id est add. P⁴ ~ miracula ut predictum est] ut predictum est miracula P² ~ angelos] arcum P³ ~ id est³ om. a Tr ~ TERREMOTUS] ET TONITRUA add. P⁴ ~ contundens] peccata add. P³ cum ω^g

12,1. *apparuit*] scilicet misterium salutis humane add. P² ~ *quamdam om. ω^g ~ *figuram] magnam add. ω^g ~ quia^{2]} quod P² ~ amicta P² ~ amict...qui non legitur P³ ~ id est¹ om. a Tr P³ ~ *christo] christus ω^g ~ id est² om. a Tr ~ mundus deficit non legitur P³ ~ quia^{4]} a add. a Tr^{inter lin.} ~ quia⁴...mulier non legitur P³ ~ sustentatur in ne- non legitur P³ ~ in² inter lin. Tr ~ *necessariis] et ipsum habet contemptum add. ω^g ~ nutrit^{1]} eos add. et post del. T ~ *omnino bono] deinde ω^g : omni a Tr : animo P³ ~ lucem et fidem] fidem et lucem P³ ~ *verbo divino] divino verbo L ~ in capite eius non legitur P³ ~ mundi acqui- non legitur P³ ~ capite^{2]} id est add. P³ P⁴ ~ in principio ecclesie non legitur P³ ~ ecclesie om. P⁴ ~ corona] vel in capite id est in mente <perfecta doctrina> duodecim apostolorum add. P³ cum ω^g **12,2.** id est om. P³ ~ memoria] memoriali L ~ -memoria...aliquid non legitur P³ ~ *flatet] latens ω^g ~ habens] scilicet add. P² P³ ~ CLAMABAT] CLAMAT L ~ clamabat predicando non legitur P³ ~ veram om. a Tr : non legitur P³ ~ lucem non legitur P³ : in <...> fidem add. P³

vel inenti in Ecclesiaⁱ |ARCHA TESTAMENTI| Sciendum quod archa testamenti et templum una est Ecclesia ut octo anime in archa. Aperto ergo templo, visa est archa quia, revelatis Christi misteriis sive aperto eius latere lancea, Ecclesia edificatur. Bene autem prius fiunt fulgura, deinde voces, quia prius facta sunt miracula quibus audiuntur et creduntur voces, post voces tonitrua fiunt ut hi qui forte miracula verbaque despiciunt terrore iudicij quatiantur, post tonitrua fiunt terremotus, quia terrore iudicij commoti multi convertuntur, et ad ultimum ponitur grando que comminuit et comminuitur, quia post fidem affligunt sanctos reprobri et affliguntur^m; id est Ecclesia fuisse plena Testamenti, scilicet fidelium Dominum testantium, vel Scripturarum que sunt sibi testesⁱ |IN TEMPLO| in celesti habitationeⁱ |ET FACTA SUNT| et antequam vidisse Ecclesiam collatam in eterna beatitudine^m |VOCES| predicatio hortatoria, primitus hoc modo: «Agite penitentiam»^m |TERREMOTUS| conversioⁱ |ET| et postⁱ |GRANDO| deinde comminationes, ut ibi: «Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur»^{mi}; afflictioⁱ

12,1. |SIGNUM| misterium salutis humane^{mi} |APPARUIT| visum estⁱ |MULIER| Ecclesia que est aperta ad procreandos filios^{im} |AMICTA| scilicet circumdata perfecta et evidenti Christi cognitione^m |ET LUNA| sub pedes eius omne bonum temporale erat ei vile, unde: «Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me»^m |CAPITE EIUS| id est in Christi circuitu erant duodecim apostoli vel in mente doctrina duodecim apostolorum qui sunt stelle^{im} **12,2.** |IN UTERO| filiorum feta quos in fide generavitⁱ |PARTURIENS| que meditatur ut pariat, unde Apostolus: «Filioli mei quos iterum parturio»^m; laborat, filios Deo adquirens, clamando^{im} |CRUCIATUR| multa mala patitur ut non sit infruc-

inenti *om.* P⁴ ~ habitatione] beatitudine P⁴ ~ bonum excidetur *om.* P⁴

12,1. CAPUT XII *apud* Apc 11,19 L **12,2.** filiorum] filiis P⁴

11,19. agite penitentiam = Mt 3,2 *et* 4,17 ~ Omnis...excidetur = Mt 3,10 *et* 7,19; Lc 3,9

12,1. Leva...me = Ct 2,6 12,2. Filioli...parturio = Gal 4,19

vel a seipsa, quia non potest parere Christo quos vellet, vel quia affligit seipsum, ut quod aliis predicat ipsa opere impleat, *ut pariatur.* 12,3. *Et contra hanc mulierem, visum est aliud signum in celo.* Et ecce draco, id est diabolus, qui dicitur draco secundum fortitudinem, *magnus*, quia magne potestatis. Ideo dicit draconem visum in celo, ut ostendat ipsum propinquum ad impugnandam Ecclesiam, quia, si diceret eum in inferno, non videretur ratio quod posset cum Ecclesia pugnare, quam in celo viderat; *rufus* secundum occisionem, *habens capita septem*, id est principes universos per quos operatur, *et cornua decem*, id est decem regna. Historialiter quidem erit quod Antichristo adherebunt decem reges, quibus ceteri respondebunt. Per hos decem intelliguntur omnes mali diabolo adherentes. Vel decem cornua dicantur divitie quibus potentes decalogum impugnant. *Et in capitibus eius septem diademata*, scilicet universe victorie de perversis. 12,4. *Et cauda eius*, id est deceptiones quibus vitia celantur ut cauda turpia, *trahebat* ad infidelitatem omnes reprobos. Et hoc dicit: *tertiam partem stellarum celi*, scilicet eorum qui aliquando illuminaverunt Ecclesiam, *et misit eas in terram*, in delectationem ex terrenis. Descripta muliere per se et dracone per se, ostendit pugnam ipsorum, *et draco*, diabolus, tali potestate confisus, *stetit*, paratus, *ante mulierem*, nocere et impugnare Ecclesiam, *que erat paritura*, id est que laborabat ad pariendum et ideo putabat draco eam sibi citius cessuram, *ut cum peperisset filium eius devoraret*. Ideo stabat, ut, cum mulier in lucem fidei emisisset aliquem, draco iste eum ad peccatum devoraret.

vel^{1]} et P² ~ vel a seipsa *non legitur* P³ ~ potest *om.* P² ~ vel quia affligit *non legitur* P³ ~ aliis] his P² ~ impleat ut *non legitur* P³ 12,3. -sum est aliud signum *non legitur* P³ ~ draco secundum *non legitur* P³ ~ -tis ideo dicit *non legitur* P³ ~ -sum propinquum *non legitur* P³ ~ eum in inferno *non legitur* P³ ~ quod^{1]} que P² ~ -nare quam *non legitur* P³ ~ quam] quod P² ~ secundum occasionem *om.* P⁴ ~ *capita non legitur* P³ ~ id est² *om.* a Tr ~ quidem] quod P⁴ : verus *add.* P² ~ *antichristo] principaliter *add.* ωg ~ *respondebunt] et *add.* ωg ~ decalogum] legis *add.* P³ *cum* ωg ~ eius] suis a Tr^{inter lin.} ~ septem² *non legitur* P³ ~ diademata] erant *add.* a (P *inter lin. a.m.*) Tr ~ scilicet *om.* a Tr ~ universe victorie *om.* P⁴ ~ de perversis *a.m.* P⁴ 12,4. id est *om.* a Tr ~ *trahebat* a.c. P² ~ *vitia celantur] celantur turpia ωg ~ *et hoc dicit *om.* ωg ~ eorum] illorum P² ~ *ex] in ωg ~ terrenis] vel terrenis studiis involvit *add.* P³ *cum* ωg ~ draco] id est *add.* P² P³ ~ id est² *om.* a Tr ~ laborabat] laborat P⁴ ~ pariendum] partum a Tr ~ eam sibi] sibi eam T Tr ~ *sibi citius] citius sibi ωg ~ in lucem fidei emisisset aliquem] aliquem in lucem fidei emisisset γ : in lucem fidei aliquem emisisset P³ T Tr ~ peccatum] peccandum a.c. P³ ~ draco iste] iste draco P⁴ ~ devoraret] et in <corp>us malorum traiceret *add.* P³

tuosa^{im} 12,3. [ALIUD] diversum a premissoⁱ [IN CELO] in Ecclesiaⁱ; in celo est draco quia in Ecclesia diabolusⁱ [MAGNUS] propter multiplices insidiasⁱ [RUFUS] infidelis vel propter homicidium, quia quibus nocere valet non desinit^m [CAPITA SEPTEM] omnes nequam principes septiformi spiritu nequitie imbutos, vel septem principalibus vitiis subiacentes^m [CORNUA DECEM] omnes nequam quibus oppugnant decem precepta servantesⁱ [ET IN CAPITIBUS] in unoquoque capite suo diadema, id est sua gloriatio contra prevaricationem uniuscuiusque precepti, quia gloriantur eo quod faciunt prevaricare decem precepta^m 12,4. [CAUDA] minoresⁱ [TRAHEBAT] id est consortio fideliumⁱ [TERTIAM PARTEM] id est reprobos neutre vite, id est neque active neque contemplative deditos, qui quasi lucere videbantur in Ecclesiaⁱ; terrenis studiis involvit^m [ET DRACO] paratus fuitⁱ; mulier clamabat parturiens et draco et cetera^m [CUM PEPERISSET FILIUM] id est filios per baptismum procreassetⁱ [DEVORARET] in corpus malorum trahiceretⁱ

12,3. in² om. P⁴ ~ nocere valet nocere P⁴ ~ principes] spiritus L ~ oppungnent] oppugnat L ~ suo] suum P⁴ 12,4. CAUDA] id est add. P⁴ ~ id est¹] a P⁴ ~ id est² om. P⁴ ~ terrenis...involvit om. L ~ filios] filium P⁴ ~ FILIUM] scilicet Christum add. et post del. L

12,3. in Ecclesia = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1082C

12,5. *Et peperit filium, scilicet Christum, masculum, propter fortitudinem. Ecclesia parit Christum, quia immittit ipsum in singulis mentibus fidelium, vel quia Christus, carnaliter natus, est de his qui fuerunt Ecclesia. Qui recturus erit omnes gentes in virga ferrea, in iustitia inflexibili, et ecce. Hic ponit unde Ecclesia habeat spem incipiendi pugnam: ex hoc quod filius suus raptus est ad dexteram Dei. Confisa tanto auxilio, pugnare incipit, secura de sua resurrectione cum vincit. Et hoc est: et raptus est, caro contra naturam carnis, filius eius ad Deum, ad equalitatem Dei, et ad thronum eius, ut cum Patre iudicet, 12,6. et mulier, Ecclesia per auxilium Filii fugit a gloria in solitudinem, ut mente deserat superbiam huius mundi. Quare illuc? Quia ibi habet locum paratum a Deo, quia Deus paravit ei talem locum. Quedam confortatio est, ut ibi pascat eam doctrina predicationis diebus mille ducentis sexaginta, tribus annis et dimidio, id est predicatione quam Dominus tanto tempore fecit pascitur Ecclesia assidue.*

12,7. *Et factum est, ecce aliud auxilium, prelum magnum in celo. Michael et angeli eius preliabantur cum dracone. Preliatur quidem Michael inspirando fidelibus per que crebras temptationes diaboli exsuperent, vel inferendo corporale auxilium*

12,5. peperit om. P³ ~ ecclesia¹...ecclesia² apud PARITURA (Apc 12,4) transposuit P⁴ ~ quia² om. P⁴ ~ natus est] fuit a Tr ~ fuerunt] in add. L ~ *ERIT] ERAT ω^g ~ gentes in non legitur P³ ~ in iustitia inflexibili om. P⁴ ~ et² om. P² ~ hic po- non legitur P³ ~ habeat] habet P⁴ ~ incipiendi] decipiendi a.c. P² ~ pugnam ex non legitur P³ ~ *filius] dei add. ω^g ~ *suus om. ω^g ~ *est² om. ω^g ~ tanto non legitur P³ ~ sua...ra- non legitur P³ ~ cum vincit] convincit m ~ *vincit] vicerit ω^g ~ et hoc est om. ω^g ~ et⁴ om. a P³ ~ *carnis] est rapta in divinitate add. ω^g : et add. P² ~ filius eius non legitur P³ ~ et ad thronum eius non legitur P³ ~ eius²] divinitatis add. P² P³ **12,6.** per auxilium non legitur P³ ~ filii] dei add. P⁴ ~ deserat superbia- non legitur P³ ~ quia ibi¹...deo in marg. Tr ~ locum paratum a non legitur P³ ~ deo] et hoc est quod dicit ubi (ibi P T) habet locum paratum a deo et hoc est quod dicit id est add. a Tr^{inter lin.} ~ ei talem om. P⁴ ~ confortatio est ut non legitur P³ ~ doctrina predicationis] predicationis doctrina a Tr ~ mille ducentis sexaginta non legitur P³ ~ sexaginta] id est add. P³ ~ quam...tempore non legitur P³ ~ *dominus om. ω^g ~ *tanto] toto ω^g ~ dominus tanto tempore] tanto tempore dominus T ~ assidue om. ω^g P² ~ pascitur ecclesia assidue] assidue pascitur ecclesia γ : ecclesia <terrenorum desideriorum> tumultus despiciens et mentis secre tum se ipsam solitudinem facit ubi locum paratum a deo patre s>cilicet ipsum christum invenit in quem solitudinem> pascant eam predicatores sancti dapibus evangelii diebus mille ducentis sexaginta qualiter tribus annis et dimidio durabit predicatione elie et enoch add. P³ cum ω^g **12,7.** et factum est non legitur P³ ~ auxilium] facta ascensione a christo ad celum add. P³ cum ω^g ~ magnum in ce- non legitur P³ ~ eius om. P² ~ preliabantur] pugnabant P ~ preliatur non legitur P³ ~ crebras non legitur P³ ~ temptationes diaboli] diaboli temptationes a Tr ~ vel¹] etiam add. ω^g ~ corporale non legitur P³ : om. M ~ corporale auxilium] auxilium corporale a.c. P

12,5. [ET PEPERIT] sed non potuit trahicere omnes, quia Ecclesia per membrum suum, id est per Virginem Mariam, [PEPERIT FILIUM MASCULUM] fortē in temptationemⁱ [OMNES GENTES] electos de omnibus gentibusⁱ [VIRGA FERREA] disciplina invincibiliⁱ [RAPTUS] ascendens in celumⁱ [AD DEUM] Patremⁱ [AD THRONUM] ad coequalē sedem Patris, vel ipse est thronus eius factus super quem sedens Pater iudicabit in die iudicii, unde: «Thronus tuus Deus in seculum seculi»^m 12,6. [FUGIT] a curis mundiⁱ [IN SOLITUDINEM] in contemplationem, iuxta illud: «Ecce elongavi fugiens»^{im} [HABET] Deusⁱ [LOCUM] Christumⁱ [PASCANT] predicatorēs; reficiant divina paginaⁱ [A DEO] Patreⁱ [MILLE DUCENTIS SEXAGINTA] a tempore dominice predicationis que duravit tribus annis et dimidio usque ad ultimam predicationem Helie et Enoch que tantundem durabit^{im}; Ecclesia terrenorum desideriorum tumultus despiciens et mentis secretum ingrediens, se ipsam solitudinem facit ubi locum paratum a Deo patre, scilicet ipsum Christum, invenit. In qua solitudine pascant eam doctores sancti dapibus Evangelii diebus mille ducenti sexaginta^m 12,7. [ET FACTUM EST] nunc incipit exponere qualiter Christus per passionem suam diabolum vicerit, cum superius de nativitate eius dixerit^m, facta ascensione a Christo ad Deum contentio fitⁱ [IN CELO] Ecclesiaⁱ [ET ANGELI] ministriⁱ; per Michaelem accipit illos maiores contemplativos, scilicet qui pre nimia admiratione cogitant: quis est tante dignitatis et potentie ut Deus?^m; Michael interpretatur “quis ut Deus”: ‘Micha-’ enim ‘quis’, ‘-el’ ‘Deus’ et significat Christum^{mi} [CUM DRACOME] cum

12,5. potuit trahicere omnes] omnes potuit trahicere P⁴ ~ in temptationem] in temptationibus P⁴ ~ coequalē] equalē p. c. P⁴ ~ in seculum seculi om. P⁴ ~ predicationis] passionis a.c. P⁴ 12,7. CELO] in add. P⁴

12,5. Thronus...seculi = Ps 44,7 et Hbr 1,8 12,6. Ecce...fugiens = Ps 54,8 ~ a tempore...durabit = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1084D

vel per seipsum vel per quemcumque minorem angelum, quia omnes ei sunt subditi. *Et draco pugnabat et angeli eius, 12,8. et non valuerunt deicere Ecclesiam in peccatum, neque locus inventus est eorum amplius in celo,* scilicet non potuerunt amplius illam mulierem per temptationes superare: et agitur hic de occulto bello, scilicet per suggestiones. *12,9. Et projectus est draco ille magnus, auxilio Filii et angelorum, a bonis.* Serpens propter calliditatem, *antiquus* propter primam seductionem, *qui vocatur diabolus,* quasi diceret: A quo cavete vobis omnes, quia iste diabolus vocatur, id est ‘fluens a bonis’, scilicet ad malos, *et Satanás,* id est adversarius, *qui seducebat universum orbem secundum reprobos, projectus est in terram,* cadens a fidelibus atrocius impugnat ceteros, *et angeli eius cum illo missi sunt.* Ecce ponit quandam exultationem in celo de hac victoria Ecclesie. *12,10. Et hoc est: et audivi vocem magnam in celo dicentem* vel ab angelis vel ab animabus sanctis: *Nunc, ex tempore Christi, facta est salus,* id est remissio peccatorum in baptismo, *et virtus,* confortatio ad operandum in confirmatione, *et regnum,* quia regit suos de virtute in virtutem, *Deo nostro et potestas Christi eius,* quoniam hec omnia per Christum operatus est, *quia projectus est accusator fratrum nostrorum,* id est diabolus, qui perducendo ad peccatum reddit accusabiles, *qui accusabat illos,* scilicet officium suum est accusare, a quo officio numquam ipse cessabat, *ante conspectum,* quia nichil latet eum; per quod multum monet cavere a peccato *die ac nocte,* assidue.

angelum *non legitur* P³ ~ subditi] michael interpretatur <quis ut deus> mica enim qui el deus et significat christum add. P³ cum ω^g ~ draco] scilicet diabolus add. P³ cum ω^g 12,8. deicere ecclesiam] ecclesiam dicere L : ecclesiam eicere P⁴ ~ eorum amplius] amplius eorum T Tr ~ celo] id est in illis qui facti sunt <celum> add. P³ cum ω^g ~ per¹ om. P⁴ ~ *superare] vincere ω^g ~ hic] hoc P² ~ suggestiones] vel aliter neque locus inventus est eorum quia diabolus ante incarnationem filii dei omnes ad infernum ducebatur add. P³ cum ω^g 12,9. auxilio...bonis om. P⁴ ~ serpens om. P³ ~ propter calliditatem om. L ~ quasi...vocatur² om. P² ~ a quo cavete] cavete a quo a.c. P ~ *vobis om. ω^g ~ iste] ipse P³ cum ω^g ~ diabolus vocatur] vocatur diabolus P³ ~ fluens] vel ruens vel criminatur add. P³ ~ a bonis...malos om. P³ ~ id est² om. a Tr ~ seducebat] seducit a Tr ~ *secundum] scilicet ω^g ~ reprobos] et add. M P ~ fidelibus] fidei P² ~ impugnat] impugnabat P³ ~ ceteros] terrenos T Tr 12,10. *et hoc est om. ω^g ~ et² om. a Tr ~ dicentem om. P² P³ : *inter lin.* Tr ~ vel¹ om. P⁴ ~ id est¹ om. P⁴ a Tr ~ peccatorum] peccati P⁴ ~ confortatio om. P⁴ ~ regnum] id est diabolus qui perducendo ad peccatum add. et post del. P³ ~ virtutem] et regno add. M ~ est⁵ om. P⁴ : *inter lin.* Tr ~ ad²] a P² ~ a quo non legitur P³ ~ officium suum] suum officium P² ~ numquam ipse] ipse numquam L ~ ipse om. P⁴ ~ nichil latet *non legitur* P³ ~ *cessabat] cessat ω^g ~ a peccato] ante conspectum dei nostri add. a Tr (dei nostri *inter lin.* Tr ~ nocte] id est add. P²

diaboloⁱ |ET DRACO| diabolusⁱ |ET ANGELI EIUS| membra, scilicet cum Michaeleⁱ 12,8. |ET NON VALERUNT| et non potuerunt prevalere in his qui predestinati erant ad vitamⁱ; scilicet in eos qui predesinati sunt ad vitam et qui impletum preceptum Apostoli dicentis: «Nolite locum dare diabolo». Vel ad diem iudicii referri potest, quo peracto, illa sententia complebitur^m |NEQUE LOCUS INVENTUS EST| quia diabolus ante incarnationem Filii Dei omnes ad infernum ducebat^m |AMPLIUS IN CELO| secundum originale peccatum vel in illis qui sunt facti celumⁱ |IN CELO| Ecclesiaⁱ 12,9. |ET PROIECTUS| ab Ecclesiaⁱ |DRACO| truculentusⁱ |MAGNUS| quantum ad violentiamⁱ |SERPENS| quantum ad astutiamⁱ |ANTIQUUS| inveteratus in nequitiaⁱ |SATANAS| seductorⁱ |QUI SEDUCIT UNIVERSUM| seorsum a veritate vel a dilectione Dei et proximiⁱ |IN TERRAM| in corda terrenorumⁱ 12,10. |ET AUDIVI| intellexi gaudium magnum angelorum nostre salutis congaudentiumⁱ; in die iudiciiⁱ |FACTA EST| impletaⁱ |SALUS| que promisit fidelibusⁱ |VIRTUS| vincendi diabolumⁱ |REGNUM| in quo prius regnabat diabolusⁱ |DEI NOSTRI| Patre nobis succurrenteⁱ |POTESTAS CHRISTI| quia potens factus est Filius eius super omnes filios adoptionisⁱ |ACCUSATOR| dignos accusatione faciens vel prosperitate elatos vel adversitate fractosⁱ |CONSPECTUM DEI NOSTRI| entes in beneplacentia Deiⁱ |DIE| prosperitateⁱ |NOCTE| adversitateⁱ |DIE AC NOCTE| particeps nostre natureⁱ

12,8. illa] ista P⁴ ~ originale] orriginale P⁴ 12,9. SATANAS] vel add. P⁴ ~ corda] corde P⁴ 12,10. intellexi...congaudentium om. P⁴ ~ impleta] completa P⁴ ~ que...fidelibus om. P⁴ ~ DEI NOSTRI] vel deo nostro add. P⁴ ~ patre] patri P⁴ ~ CHRISTI] id est add. P⁴ ~ vel adversitate fractos om. P⁴ ~ beneplacentia] beneplacito p.c. a.m. P⁴ ~ particeps nostre nature om. P⁴

12,8. Nolite...diabolo = Eph 4,27

12,11. *Et ipsi vicerunt eum, non cedendo suggestionibus eius, propter sanguinem Agni, scilicet imitando passionem Christi, et propter verbum testimonii sui, quia non tacent Verbum divinum ubi locus est et fidem quam testatus est Christus, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem, scilicet animalitates suas, scilicet non satisfaciendo carni, ut inde perirent anime.* 12,12. *Propterea letamini, celi, angeli vel sancti apostoli, et qui habitatis in eis, inter eos, scilicet minores. Ve terre et mari quia descendit diabolus ad vos, et quia projectus est diabolus a bonis, ve vobis in quibus ipse modo habitat, quia sic iam adhærebit, ut nequeat separari, habens iram magnam, quia videt sibi multos subtrahi et in locum suum restitui. Sciens quia modicum tempus habet, unde magis insanit.* 12,13. *Et postquam vidi draco quod projectus est in terram, cum videt diabolus se per occultam fraudem non posse proficere, persecutus est mulierem, aggreditur aperte impugnare, que peperit masculum, a quo habet auxilium in aperta pugna.* 12,14. *Et date sunt mulieri, Deus dedit, due ale, duo testamenta vel gemina dilectio, vel due vite, activa et contemplativa, aquile magne, quia in altum volant, scilicet usque ad ipsum Deum et sunt perspicacis intuitus in Scripturis, ut volaret in desertum in locum suum, scilicet a Deo sibi datum, ubi alitur, alimonia doctrine veritatis predicate a Deo, per tempus et tempora et dimidium temporis, per hoc tempus, scilicet per tres annos et dimidium, a facie, a presentia, serpentis, callidi deceptoris.*

12,11. *EUM] ILLUM ω^g ~ *cedendo] cedentes ω^g ~ cedendo suggestionibus eius] suggestionibus eius cedendo P² ~ christi] vel propter sanguinem agni scilicet per redemtionem quam acceperunt in sanguine agni et ideo ne ascribant sibi hanc victoriam add. P³ ~ *scilicet²] id est ω^g ~ *perirent anime] anime perirent ω^g 12,12. minores] timores P² ~ inter eos scilicet minores] scilicet minores inter eos P⁴ ~ est om. P ~ ipse modo habitat] ipse habitat modo P ~ modo om. P² ~ separari] vel ve terre et malis activis et contemplativis et gaudium sed iudeis et gentibus est condolendum add. P³ ~ HABENS] HABET P⁴ ~ sibi multos sibi multa L : multa sibi P⁴ ~ *QUIA] QUOD ω^g ~ habet] quia adest dies iudicii add. P³ ~ unde] inde α Tr ~ unde magis insanit] magis insanit inde T Tr ~ insanit] insaniet L 12,13. vidit] videt a.c. Tr ~ quod] quia P³ ~ videt] videret P² ~ diabolus se] se diabolus P² ~ se per occultam fraudem] per occultam fraudem se L ~ posse om. P² ~ est² om. P² ~ in² om. T 12,14. due ale] ale due P³ ~ vite] scilicet add. L : ale P³ ~ in¹ om. P² ~ alimonia] alimonie P⁴ ~ doctrine veritatis] veritatis et doctrine P³ : vel ut volaret in desertum scilicet mente habitaret in celestibus que sunt deserta id est remota a terrenis desidiis add. P³ cum ω^g ~ *a deo² om. ω^g ~ predicate a] predicante P² ~ callidi deceptoris] callide deceptionis α Tr

12,11. [ET IPSI VICERUNT EUM] ne ipsi sibi hanc victoriam ascribant dicitⁱ [PROPTER SANGUINEM] pro redemptione quam acceperunt in sanguine Agniⁱ [PROPTER VERBUM] per fidem quam firmiter servaveruntⁱ [ET NON DILEXERUNT] id est odio habuerunt animas suas in hoc mundoⁱ 12,12. [PROPTEREA LETAMINI] propter victoriam nobis datamⁱ [CELI] contemplativiⁱ [ET QUI HABITATIS] activi qui innituntur contemplativiⁱ [VE TERRE] id est Iudeis qui propter terrena, scilicet ne amitterent locum et gentem, crucifixerunt Christumⁱ [MARI] gentili populoⁱ [VE TERRE ET MARI] activis et contemplativis est gaudium, sed Iudeis et gentibus est dolendum et hoc est quod dicit^m; per terram accipit stabiles in eodem vitio, per mare fluctuantes in diversis vitiis^m [QUIA DESCENDIT DIABOLUS] recedens a corde fidelium post mortem Christi, descendit non quod ante in illis non fuisset, sed quia, expulsus a iustis, amplius in suis damnari cepit^m [HABENS IRAM] exercens in vobisⁱ [SCIENS] quia scit penam sibi esse vicinam vel diem iudiciiⁱ 12,13. [ET POSTQUAM VIDIT] draco est projectusⁱ [PROIECTUS ESSET] ab Ecclesiaⁱ [DRACO] suggestioni cuius non consentit Ecclesiaⁱ [IN TERRA] in illos qui gaudent terrena hereditateⁱ [PERSECUTUS EST MULIEREM] cepit affligere Ecclesiam diversis penis sed non potuit eam superare quia peperit masculum^{im} [PEPERIT MASCULUM] id est fortem de quo dicitur: «Dominus fortis et potens»^{im} 12,14. [ET DATE SUNT] et propter aliam causam quiaⁱ [MULIERI] Ecclesieⁱ [DUE ALE] dilectio Dei et proximi: que ale, licet sint Ecclesie, tamen proprie sunt magne aquile, id est Christi, qui volavit super pennis ventorum^m; id est observantiaⁱ; per duas alas duo Testamenta, vel duo caritatis precepta, vel activam et contemplativam vitam intelligimus. Quibus alis, more aquile, celestia petit Ecclesia; per desertum corda a terrenis desideriis remota, cetera ut superius^m [IN DESERTUM] contemplationemⁱ; contemplatio, dico, que est locus suusⁱ [UT VOLARET IN DESERTUM] id est mente habitaret in celestibus que sunt deserta, id est remota a terrenis desideriis^m [UBI ALITUR] celesti paneⁱ [PER TEMPUS] annum unumⁱ [ET TEMPORA] duos annosⁱ [ET DIMIDIUM] dimidium annumⁱ; per tres annos et dimidium predicationis Christi intelligimus, totum tempus evangelice predictionis vel per tres annos et dimidium persecutionis Antichristi intelligimus, totum tempus persecutionis Ecclesie^m [A FACIE] semota a contemplationeⁱ [SERPENTIS] diaboliⁱ

12,12. fuisset] esset P⁴ ~ in vobis] in nobis P⁴ 12,13. suggestioni...ecclesia om. L ~ in om. P⁴ 12,14. licet sint] sunt P⁴ ~ id est observantia om. L ~ DESERTUM] in add. P⁴ ~ contemplatio...suus om. P⁴ ~ panis] scilicet per tres annos et dimidium add. P⁴ ~ duos annos om. P⁴ ~ dimidiumⁱ] tempus add. P⁴

12,13. Dominus...potens = Ps 23,8 12,14. qui volavit...ventorum cf. Ps 103,3

12,15. *Et misit serpens ex ore suo, ex predicationis inspiratione, post mulierem, ut eam assequeretur, sed nec attingere potuit, aquam, tribulationem, tamquam flumen, maxime inundantem et fluctuantem, ut eam faceret trahi a flumine, in peccatum.* 12,16. *Et adiuvit terra mulierem, scilicet Christus dedit vires Ecclesie patiendi adversa vel sancti orando. Terra Christum significat propter stabilitatem, qui absorbuit omnem tribulationem, quia idoneum se fecit ut recipret quidquid sibi inferretur, quia, recipiens iniustam mortem, damnavit mortem et item ceteras tribulationes quas omnes iniuste sustinuit; et hoc est quod sequitur: et aperuit terra os suum, et absorbuit flumen quod misit draco de ore suo,* 12,17. *et iratus est draco in mulierem, quia, licet non possit devincere, non tamen desistit invidere et locum invasionis querere, et abiit facere prelum, iam deserens firmiores, cum reliquis, scilicet cum minoribus, de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, quales sunt qui opere implent, et habent testimonium Iesu Christi, scilicet quod credunt coram testantur, et stetit super arenam maris super reliquias non stetit, quia non omnes eos sibi adiunxit, sed supra arenam, scilicet infructuosos nec vinculo fidei alligatos,* 12,18. *stetit, id est secure immoratus est, in quibus sua vestigia apparent.*

CAPUT XIII

13,1. *Et vidi de mari, scilicet de mundo, bestiam, id est collectionem omnium bestialiter viventium, ascendentem, per alios se exaltantem, habentem capita, principes, septem, universos, et cornua decem, scilicet regna et potentias, per que impugnant decem precepta legis. Et per illa decem regna que Antichristo adhrebunt realiter, significantur omnia illa in quibus est impugnatio*

12,15. *inspiratione] fraude decepit primum hominem vel ex ore suo ex venenata persuasione sua add. P³ cum ω^g ~ attingere potuit] attingit L : attigit P⁴ P³ ~ aquam] id est add. P² P³ ~ tribulationem] retributionem P² : vel aquam id est immunditiam carnalium delectationum vel doctrinam hereticorum add. P³ cum ω^g ~ et² om. P² ~ eam faceret] faceret eam P² ~ in peccatum om. P⁴ 12,16. quia^{1]} qui P² ~ ut recipret om. P³ ~ damnavit mortem om. P⁴ ~ iniuste sustinuit] sustinuit iniuste P³ ~ *et hoc...sequitur om. ω^g ~ et^{3]} christus add. inter lin. P³ ~ de] ex P³ m 12,17. posset] posset P² ~ non tamen] tamen non L ~ minoribus] activis quia non omnes contemplativi add. P³ ~ scilicet^{1]} id est P⁴ ~ scilicet cum minoribus om. P⁴ ~ eius] et P³ ~ sunt om. P⁴ ~ mandata dei] dei verbum P² ~ *TESTIMONIUM] TESTIMONIA ω^g ~ christi om. a Tr ~ adiungit] adiunxit P⁴ ~ eos om. P² P³ T ~ adiunxit] adiungit a Tr ~ *scilicet^{3]} supra ω^g : super P³*

13,1. *scilicet¹ om. a Tr ~ id est¹ om. a Tr ~ *universos] universa ω^g ~ adhrebunt realiter] realiter adhrebunt a Tr*

12,15. |ET MISIT| quia persecutus est mulieremⁱ |SERPENS| quia fraude decepit primum hominemⁱ |EX ORE SUO| ex venenata persuasione suaⁱ |POST| eundoⁱ |AQUAM| inundantiam carnalium delectationum vel doctrinam hereticorum^m |FLUMEN| destructoriam quia rapit et mergitⁱ |UT EAM FACERET| in societate malorum traducere possitⁱ |A FLUMINE| carnali dilectione vel doctrina hereticorumⁱ 12,16. |ET AUDIVIT| tamen non potuit quiaⁱ |MULIEREM| Ecclesiamⁱ |TERRA| Christus particeps nostre carnisⁱ |ABSORBUIT| adnichilavitⁱ |OS SUUM| potentiam sue divinitatis vel os Christi vocat inspirationem illam qua inspirati fideles vilipendunt carnales delectationes vel sententias hereticorum^m |FLUMEN| inundantes fluctus carnalium delectationum vel heretice persecutionisⁱ 12,17. |ET IRATUS EST DRACO| quia Christus iuvit Ecclesiam et non potuit habere effectum in contemplativis^{im} |CUM RELIQUIS| id est activi, qui licet non sint tante perfectionis quod possint esse contemplativi, tamen sunt de eodem semine, quia sunt renati eadem fide^m; cum electis in fine mundi nascituris eodem semine, id est verbo predictionis in fide renatis^{im} |QUI CUSTODIUNT| et vere sunt de eodem semine qui |CUSTODIUNT| id est quia^{im} |TESTIMONIUM| fidem testimonii Iesu Christiⁱ |SUPER ARENAM MARIS| id est super infructuosos infideles et inde voluit expugnare fideles et hoc est quod dicitⁱ |ET STETIT| et non valens vestigia figere super petram, stetit, immobiliter perseveravitⁱ

13,1. |DE MARI| de multitudine infideliumⁱ |ASCENDENTEM| contra Ecclesiam se promoventem^{im} |CAPITA SEPTEM| omnes nequam principes septiformi spiritu nequitie imbutos vel septem criminalibus vitiis subiacentes^m |CORNUA DECEM| omnes decalogo adversantesⁱ |CORNUA²| contra transgressores unius-

12,15. MISIT] et add. P⁴ ~ sua om. L ~ eundo om. P⁴ ~ in societate...possit om. P⁴
12,17. activi] activis P⁴ ~ cum electis] id est cum electis P⁴ ~ qui³] quod P⁴ ~ et inde voluit expugnare fideles om. P⁴

13,1. transgressores] transgressionem P⁴

legis. *Et super cornua eius decem diademata*, quia non est aliquod preceptum quod per principes non infringatur et de quo ipsi non coronentur, *et super capita eius*, id est in principibus, *nomen blasphemie*, quia dicunt Christum non fuisse Deum et similia, vel quia dicunt istum Deum. Hanc suam familiam ideo representat nobis, ut eam videamus aptam que et arenam retineat in sua infidelitate et alios sciat attrahere. 13,2. *Et bestia quam vidi similis erat pardo*, quia sicut pardus est animal maculosum, ita isti maculosi diversis heresibus, vel etiam quia collecti ex diversis populis, *et pedes eius sicut ursi*, discursores, qui annuntiando bestiam portant, sunt feroce, et temere conculcantes sicut ursus, *et os*, maiores in sermone, *sicut os leonis*, quia laniant sanctas Scripturas et fetentes sententias immittunt, *et dedit illi draco virtutem suam*, ut faciat miracula, *et potestatem magnam*, seducendi multos. 13,3. *Et vidi unum de capitibus suis*, Antichristum, scilicet principale caput, *quasi occisum in mortem*. Finget quidem lecator ille se mori et die tertia resurgere, *et plaga mortis eius curata est*, facta resurrectione, *et admirata est universa terra post bestiam*, imitando bestiam, 13,4. *et adoraverunt draconem qui dedit potestatem bestie et adoraverunt bestiam* per principale caput, scilicet Antichristum, dicentes: *Quis similis bestie?* *Et quis poterit pugnare cum illa?*, scilicet voluntati eius resistere 13,5. *Et datum est*, permissum est a Deo, *ei os loquens magna*, in sui magnificatione, *et blasphemiam*, dicendo filium Dei se esse, *et data est illi potestas facere*, talia, menses quadraginta duos, 13,6. *et aperuit os suum in blasphemias*, in tantam fiduciam prorupit ut quod prius occulte, modo publice audeat blasphemare, *ad Deum*, negan-

infringatur] infrangatur T^{a,c}. Tr ~ coronentur] vel super cornua decem diademata quia tamquam coronati gloriantur dum per se vel per ministros decem precepta trasgredientur add. P² P³ ~ dicunt christum] christum dicunt T ~ id est² om. a Tr ~ *non fuisse deum] deum non fuisse ω^g ~ infidelitate] fidelitate P² : felicitate P³ 13,2. quia¹] et M ~ portant] eam et add. a Tr ~ temere] et add. P³ ~ sermone] vel pedes sicut ursis fortes ad lacerandum fideles ursus dicitur habere vire in pedibus add. P³ ~ *URSI] id est add. ω^g ~ os² om. P³ : inter lin. Tr ~ fetentes] ferentes P³ ~ immittunt] mittunt a Tr ~ draco] diabolus add. P³ cum ω^g 13,3. mortem] morte a Tr ~ quidem se] se quidem P⁴ ~ lecator ille se] se illa lecator a Tr ~ lecator blasphemus m ~ die tertia] tertia die P³ cum ω^g ~ resurgere] nunc occisum add. P⁴ ~ et² om. P² ~ imitando] imitantes P⁴ ~ bestiam] eam P : vel universa terra scilicet reprobi omnes putantes eum esse verum deum add. P³ cum ω^g 13,4. et¹...bestie del. P ~ *per om. ω^g ~ scilicet] per add. a Tr ~ *ILLA] EA ω^g T 13,5. permissum est] concessa ω^g ~ *a deo ei] est sibi licentia loquendi add. ω^g : ei a deo P³ ~ *dicendo] dicens ω^g ~ se esse] esse se P² Tr ~ *esse om. ω^g ~ est³ om. T ~ illi] ei P³ : inter lin. Tr ~ talia om. L 13,6. BLASPHEMIAS] BLASPHEMIA L ~ fiduciam om. P⁴ ~ ut om. P² : inter lin. Tr ~ ut quod] quod ut P³ ~ blasphemare¹] et add. P² : et <dicendo christum de?> virili semine natum vel dicendo <christum non fuisse filium dei?> add. P³ cum ω^g

cuiusque precepti suam gloriationem, quia gloriantur eo quod faciunt transgredi precepta^m |SUPER CAPITA| id est unumquidque caput Deum blasphemabatⁱ 13,2. |BESTIA| collectio malorumⁱ |ERAT PARDO| plena variis sententiisⁱ |PEDES| baiulatoresⁱ |SICUT URSI| fortes ad dilacerandum fideles cum rugitu^{im} |ET OS| maiores cum insidiis vim inferebant, unde «insidiatur quasi leo in spe sua insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperum dum attrahit eum»^m |DRACO| diabolusⁱ |VIRTUTEM| decipiendiⁱ |POTESTATEM| mortificandiⁱ 13,3. |UNUM DE CAPITIBUS| Antichristum, singulare caput omnium malorumⁱ |UNIVERSA| omnes reprobi putantes eum esse verum Deumⁱ |TERRA| entesⁱ 13,4. |DRACONEM| diabolumⁱ |BESTIE| Antichristoⁱ |QUIS POTERIT| qui erit sibi adversarius?ⁱ 13,5. |LOQUENS| dicendo esse Deumⁱ |BLASPHEMIAM| dicendo verum Deum non esse Deumⁱ |POTESTAS| non multum temporisⁱ; modo exponit potestatem quam habuit^m |FACERE| hec predictaⁱ |MENSES QUADRAGINTA DUOS| per tres annos et dimidiumⁱ 13,6. |ET APERUIT| quia nunc aperit corda aliorumⁱ |IN BLASPHEMIAS| dicendo non fuisse, sed habuisse principium et finemⁱ |DEUM| Patremⁱ |BLASPHEMARE| dicendo Christum de virili semine creatumⁱ

transgredi] decem *add.* P⁴ ~ blasphemabit] blasphemabit P⁴ 13,2. collectio] collectionem P⁴ ~ baiulatores] eius *add.* P⁴ ~ cum insidiis vim] vim cum insidiis P⁴ 13,5. dicendo] se *add.* P⁴ ~ esse] verum *add.* P⁴ ~ annos *om.* P⁴ 13,6. non fuisse sed *om.* P⁴

13,2. insidiaturⁱ...eum = Ps 9,30

do Christum esse Deum, *blasphemare nomen eius*, id est omnem institutionem ipsius per quam laudabilis apparet, *et tabernaculum eius*, id est illos in quibus ipse militavit, vocans eos degeneres et pannosos, ostentans reges suos, *et eos qui in celo habitant*, etiam supernos spiritus. 13,7. *Et datum est*, permissione Dei, *illi bellum facere cum sanctis*, *et vincere illos*, corporaliter, *et data est illi potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem* 13,8. *et adoraverunt eam*, bestiam, omnes qui inhabitant terram, scilicet reprobi, *quorum non sunt scripta nomina in libro vite Agni*, *qui occisus est ab origine mundi*, in suis, ut in Abel, vel quia ita dispositum fuit ab initio mundi. 13,9. *Si quis habet aurem, audiat que dicturus sum*. Quedam admonitio est, ne hanc bestiam imitemur, licet sic habere potestatem videamus, quia tandem damnabitur bestia et omnes sequaces sui. 13,10. *Qui in captivitatem duxerit*, scilicet a fide nunc seducendo ut Antichristus, *in captivitatem*, in damnationem, *vadit*. *Qui in gladio*, materiali vel persuasionis, *occiderit*, ut Antichristus et sui, *oportet eum gladio occidi*, Verbo Dei. *Hic est*, et quia isti peribunt, ideo contra ipsos est nobis habenda fides et patientia, ne nos cum ipsis pereamus, *patientia*, contra tribulationes, *et fides*, contra malas persuasiones, *sanctorum*. 13,11. Descripta tribulatione que fiet per Antichristum et suos maiores, subiungit aliam que fiet per suos apostolos, quos per totum mundum seminabit. Et hoc dicit: *et vidi aliam bestiam priore*

nomen eius...omnem *non legitur* P³ ~ eius^{1]} et add. P² ~ *institutionem] costitutio-
nem ω^g ~ et tabernaculum *non legitur* P³ ~ ipse] christus add. P³ ~ militavit] id est
add. P³ ~ ostentans reges suos] reges suos ostentas P⁴ : vel maiores in quibus Christus
habitat vel carnem eius fuisse de virili semine add. in marg. P⁴ 13,7. permissione
dei illi] illi permissione dei γ ~ permissione dei om. L ~ sanctis] dei add. T ~ illos]
eos P² Tr ~ et data est illi *non legitur* P³ ~ corporaliter] corporaliter a.c. T ~ est² om.
T ~ illi²] ei T Tr ~ et populum om. P³ *inter lin.* Tr 13,8. eam bestiam] bestiam
eam P² Tr ~ omnes om. a Tr ~ inhabitant] habitant T ~ scilicet...sunt *non legitur* P³
~ NON SUNT SCRIPTA NOMINA] NOMINA NON SUNT SCRIPTA L ~ vite *inter lin.* Tr ~ -
cciscus est ab origine *non legitur* P³ ~ in² om. L ~ vel om. P² ~ -situ fuit ab *non legitur*
P³ 13,9. *AUREM] AURES ω^g : audiendi add. M ~ que dicturus sum om. a Tr : scilicet
intelligat que v<in>dicta sequitur antichristum add. P³ cum ω^g ~ *est om. ω^g ~ imi-
temur] imitamus P² ~ sic habere potestatem] potestatem sic habere P³ ~ *habere om.
ω^g ~ *potestatem] potentem ω^g ~ et omnes sequaces *non legitur* P³ 13,10. in¹ om.
M ~ captivitatem] captivitem M ~ scilicet^{1]} id est P⁴ ~ nunc seducendo *non legitur*
P³ ~ vadit *non legitur* P³ ~ ut antichristus *non legitur* P³ ~ occidi] id est add. P³ ~ VER-
BO DEI om. L ~ *HIC] HEC L^{a.c.} P⁴ ~ est quia isti per- *non legitur* P³ ~ contra tribula-
tiones ante ne nos transposuit P³ ~ malas persuasiones] malos persuasores a Tr ~ sanc-
torum] quidem add. P³ 13,11. fiet] fuit P⁴ ~ fiet per *non legitur* P³ ~ per suos *non*
legitur P³ ~ per² om. P² ~ suos apostolos] apostolos suos M ~ *et hoc dicit om. ω^g ~
hoc] est quod add. P³ ~ et vidi *non legitur* P³

|NOMEN EIUS| Christum vel Filium Deiⁱ |ET EOS QUI IN CELO HABITANT| mi-
nores qui innituntur maioribus vel eos qui *in celo*, id est in Ecclesia, habitant
esse magnosⁱ 13,7. |DATUM EST| permissum a Deoⁱ |VINCERE| occidere corpora
eorumⁱ |TRIBUM| in tribu et populo, Iudeiⁱ |ET LINGUAM| in lingua et gente,
nationesⁱ 13,8. |TERRAM| terrenis studiis inherentesⁱ |QUORUM NON SUNT| qui
non sunt predestinati ad vitamⁱ |SCRIPTA| nominatissime virtutes vel meritaⁱ
|IN LIBRO VITE| in memoria Patrisⁱ |AGNI| illa Mater est Filiiⁱ |OCCISUS EST| in
presumptione Patrisⁱ |OCCISUS AB ORIGINE MUNDI| vel in Agno Abel vel potius
in ipso Abel vel in predestinatione Patris, vel ordo est hoc modo, *quorum nomi-*
na non sunt scripta in predestinatione Dei^{im} 13,9. |AUREM| cordisⁱ |AUDIAT|
intelligat que dicturus sumⁱ; que vindicta sequitur Antichristumⁱ 13,10. |QUI
IN CAPTIVITATEM DUXERIT| hec Antichristo et suis conveniunt, qui mente et
societate fidelium multos separans et gladio male persuasionis vel etiam mate-
riali occidens sanctos. Ipse quoque eterno auxilio captivabitur et gladio Spiritus
oris Domini interficietur^m |QUI IN GLADIO| reali vel verbo male persuasionis^m
|OCCIDERIT| ut Antichristusⁱ |GLADIO| reali vel Verbo Deiⁱ |HIC EST PATIENTIA|
idcirco sancti virtutem patientie custodiunt, quia triumphatores se post paulu-
lum sciunt et fideles quia pro certo ita implebitur et eorum remuneratio et
impiorum damnatio^m 13,11. |ALIAM BESTIAM| discipulos Antichristi de societa-

velⁱ] non fuisse *add.* P⁴ ~ maioribus] maiores P⁴ 13,7. eorum] corporaliter *add.* P⁴
~ inⁱ om. P⁴ ~ gente] et *add.* P⁴ 13,8. nominatissime] notissime P⁴ ~ in⁶ om. P⁴
13,9. intelligat *bis repetitur in* P⁴ 13,10. ipse] ipso P⁴ ~ ut antichristus *om.* L
13,11. antichristi *om.* P⁴

13,10. idcirco...damnatio = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1098B

minorem, *ascendentem*, in cumulum superbie, *de terra*, per deditos terrenis, *et habebat cornua duo similia Agni*, quia simulabunt se habere innocentiam et veram doctrinam et miracula sicut Christus habuit, vel duo Testamenta sibi usurpabunt; *et loquebatur sicut draco*, scilicet seductorie loquentur, sicut diabolus in Antichristo. 13,12. *Et potestatem prioris bestie omnem faciebat*, id est modos decipiendi et nocendi quasi Antichristus, *in conspectu eius*, scilicet ut placeant ipsi Antichristo, *et fecit terram et habitantes in ea*, id est terrenos et in amore terre perseverantes vel terram secundum corpus, habitantes in ea secundum animas, *adorare bestiam primam*, Antichristum, *cuius curata est plaga mortis*. Hoc enim habebunt fundamentum sue predicationis, sicut apostoli resurrectionem Christi. 13,13. *Et fecit signa magna*, ad confirmationem predicationis sue, *ut etiam ignem facheret de celo descendere in terram in conspectu hominum*, quia sicut apostoli acceperunt Spiritum sanctum in speciem ignis, ita malignum suum spiritum facient isti descendere in speciem ignis et in hoc quasi superabunt apostolos, quia etiam manifeste hoc facient. 13,14. *Et seducit habitantes terram propter signa que data sunt illi facere in conspectu bestie*, ad laudem Antichristi, quia per vocationem nominis ipsius fiebant signa eorum, *dicens habitantibus in terram ut faciant imaginem bestie*, scilicet ut conformes se faciant Antichristo, ipsius opera imitando. *Qui habet plagam gladii et vixit*. Ecce item ponit fundamentum sue predicationis. 13,15. *Et datum est illi*, permissum a Deo ad probationem suorum; erunt enim perfecti qui ei non cedent, *ut daret spiritum*, malignum, *imaginis bestie*, *ut loquatur imago bestie*, id est habeat in ipsis effectum

*superbie] quia terreni consentient add. ω^g ~ per deditos] perditos T ~ cornua duo] duo cornua γ ~ duo om. P² : inter lin. Tr ~ *usurpabunt] usurpant ω^g ~ *antichristo] deceptorie add. ω^g 13,12. id est] omnes add. α Tr^{inter lin.} ~ modos] modo P³ ~ quasi restitui iuxta primam versionem : quos codd. ~ antichristus] habuit add. α Tr ~ scilicet om. α Tr ~ ipsi om. α Tr ~ id est² om. P⁴ ~ id est terrenos om. L ~ HABITANTES IN EA] INHABITANTES EAM P⁴ ~ est³ om. Tr ~ habebunt] habebant L P³ : habebat P⁴ 13,13. acceperunt] receperunt P³ cum ω^g ~ speciem¹] specie P m β ~ ita] illi add. T ~ malignum] maligni T ~ malignum suum spiritum] spiritum malignum suum P³ ~ spiritum²...superabunt inter lin. T ~ isti om. T ~ speciem²] specie P P² P³ m ~ etiam manifeste hoc] hoc etiam manifeste α Tr 13,14. seducit] seduxit m ~ habitantes] in add. γ ~ terram] nos illos quorum conversatio in celis est add. P³ cum ω^g ~ sunt inter lin. P ~ quia om. P⁴ ~ vocationem] invocationem P³ cum ω^g ~ ipsius¹] eius γ ~ fiebant inter lin. P ~ scilicet om. P⁴ ~ ut non legitur P³ ~ ipsius opera] opera ipsius γ ~ *QUI] QUE ω^g M P ~ *HABET] HABEBAT ω^g ~ *item ponit] ponit item ω^g 13,15. et¹ om. P² P³ : inter lin. Tr ~ a deo...erunt non legitur P³ ~ promissum] est add. P⁴ P² ~ qui ei om. P³ ~ spiritum malignum non legitur P³ ~ imaginis magni P² ~ bestie¹] et add. α Tr^{inter lin.} ~ id est¹ om. L : et P⁴ ~ id est habebat in non legitur P³ ~ in ipsis effectum] effectum in ipsis P²

te malorum venientesⁱ |HABEBAT| dicebat se habereⁱ |CORNUA| dilectione Dei et proximiⁱ |DUO SIMILIA| ut Christus habuit, quod falsum erat^{mi}; vel Christus habuit duo cornua, id est innocentiam cum puritate, vel doctrinam cum miraculis, que isti se habere simulabunt et assument Agni speciem ut draconis possint exercere deceptionem^m 13,12. |BESTIE| Antichristiⁱ |IN CONSPETU EIUS| ad placitum eiusⁱ |TERRAM| maiores gaudentes de terrenisⁱ |HABITANTES| minoresⁱ |CUIUS CURATA EST ET CETERA| dicendo: «Bene debetis eum adorare, quia mortuus fuit et resurrexit, quod totum factum erit»^m 13,13. |ET FECIT SIGNA| etiam propter aliud debetis eam adorare quia^{im} 13,14. |SEDUCIT| secunda bestia sic dicendo: «Non illis quorum conversatio est in celis»ⁱ |DATA SUNT| concessaⁱ |IN CONSPETU BESTIE| ad voluntatem illius bestialis nominisⁱ |IMAGINEM| imitentur eumⁱ 13,15. |ET DATUM EST| promissum illis nequam ministris ut dent, id est adfirment Spiritum sanctum esse imitatoribus bestieⁱ |UT LOQUATUR| id est prenuntiat futuraⁱ |IMAGO BESTIE| imita-

dicebat] dicebant P⁴ ~ deceptionem] damnationem P⁴ 13,12. ad placitum eius *om.*
 L ~ dicendo] dicentes P⁴ 13,13. eam] eum P⁴ 13,14. illis] illos P⁴ ~ ad voluntatem...nominis *om.* L ~ nominis] hominis *a.c.* P⁴ ~ imitentur eum *om.* L 13,15. bestie] dandum *add.* P⁴ ~ id est² *om.* P⁴

13,11. vel¹...deceptionem *cfr.* Haimo, *ExpApC*, PL 117, col. 1098C 13,14. non...celis *cfr.* Phil 3,20

Spiritus sancti, scilicet loqui variis linguis, *et faciet*, minor bestia per principes mundanos, *ut quicumque non adoraverint imaginem bestie*, imitatores Antichristi, *occidentur*, secundum corpus. 13,16. *Et faciet*, predicando bonitatem fidei, *omnes pusillos et magnos et divites et pauperes et liberos et servos habere caracterem in dextra manu*, scilicet signum, quia in opere ostendebant se ei servire, quod est dicere: Isti lecatores dicent quia ille dominus suus nullius conditionis hominem abicit, alius iste qui precessit, qui dictus fuit Christus, solos pauperes secum habebat, *aut in frontibus suis*, scilicet aperte confitebantur eum Deum esse. 13,17. *Et ne quis possit emere aut vendere*, ad litteram vel Verbum Dei. Qui enim predicit dat pretium, scilicet Verbum Dei, et accipit mercedem, scilicet recipientes verbum homines aut seipsos vendunt, *nisi qui habet caracterem bestie*, id est qui se ei conformes ostendunt, *aut nomen*, Antichristiani vocentur, scilicet Deum eum esse confitentes, *aut numerum nominis eius*. Numerum nominis accipiunt hi qui remunerationem ab eo exspectant; quod faciendum esse in numero litterarum nominis notat.

scilicet] id est α Tr ~ loqui *om.* P⁴ ~ -ariis linguis et *non legitur* P³ ~ *per*] propter Tr ~ *ut quicumque non legitur* P³ ~ *adoraverint*] *adoraverunt* P² ~ *bestie*²] <...> *add. sed non legitur* P³ ~ *secundum corpus non legitur* P³ 13,16. **fidei*] *sui dei* ω^g : filii dei P³ ~ *omnes om.* P² ~ *pusillos et magnos non legitur* P³ ~ *et*³ *om.* T Tr ~ *et*⁵ *inter lin.* Tr ~ *et servos habere non legitur* P³ ~ *caracterem*] *bestie add. P³ ~ caracterem*] *eius add.* P^{in marg.} T Tr ~ *dextra manu*] *manu dextra* β ~ scilicet signum quia *non legitur* P³ ~ *in*² *om.* α Tr ~ *ostendebant*] *ostendent p. c.* T ~ **servire...lecatores om.* ω^g ~ *quod...isti non legitur* P³ ~ *isti illi* P² ~ *lecatores*] *pseudoapstoli m ~ *dicere*] *dicentes* ω^g ~ *ille*] *iste γ Tr ~ *ille dominus suus om.* ω^g ~ *suum condi-* *non legitur* P³ ~ **nullius...habebat post fidei sui dei transposuerunt* ω^g ~ *iste ille* P⁴ ~ *qui dictus non legitur* P³ ~ *habebat*] *vel <carac>terem id est fidem illius nequam tenere vel habe<bat>* scilicet signum realiter in manu per quod servi illius...?>*er add. sed non legitur* P³ ~ *confitebantur*] *confitebuntur α Tr ~ *eum om.* ω^g 13,17. *verbum*] *verbo* P² ~ *predicat*] *predicant* P⁴ ~ *dat om.* P⁴ ~ **mercedem*] *mercem* ω^g ~ *verbum homines non legitur* P³ ~ *vendunt*] *deo pro verbo salutis add.* P⁴ ~ *bestie non legitur* P³ ~ *ei*] *eis P² om.* P³ ~ *ostendunt*] *dicebant α Tr : confitentes add. P² ~ nomen*] *id est add.* α Tr^{inter lin.} ~ *antichristiani*] *antichristi m ~ vocentur*] *vocantur α Tr ~ deum eum*] *eum deum T ~ eum esse*] *esse eum P⁴ ~ esse*² *om.* P³ ~ *nominis*] *eius add. γ ~ notat*] *notant* P⁴ P³

tores bestieⁱ |NON ADORAVERIT| pro Deo non habuerit Antichristum in imitatoribus suis^j |IMAGINEM BESTIE| imitatores Antichristiⁱ 13,16. |PUSILLOS| ignobilesⁱ |MAGNOS| nobilesⁱ |DIVITES| in divitiisⁱ |HABERE| exhibereⁱ |CARACTEREM| fidem illius nequamⁱ |IN DEXTERA| in potioribus operibus vel realiterⁱ |MANU| id est facient illos habere opera Antichristiⁱ |IN FRONTIBUS| in cordeⁱ 13,17. |VENDERE| id est dare predicationem et recipere aliquod conversum per predicationem factam de Antichristo vel per litteram habere aliquam conversationem cum antichristianisⁱ |CARACTEREM BESTIE| ostensivum fidei et officii Antichristiⁱ |NE QUIS POSSIT EMERE AUT VENDERE NISI QUI HABET CARACTEREM| id est signum sue secte et nomen genericum, id est ANTEMOC et numerum nominis eius, id est numerum consideratum in partibus constituentibus nomen Antichristi. Nam cum liber iste grece scriptus sit apud quos littore numeros continent, merito numerus nominis Antichristi in litteris que constituunt. Ipsum nomen considerandum est hoc modo: A que est prima littera, in ipso nomine significat unum, N quinquaginta, T trecentum, E quinque, M quadraginta, O septuaginta, S bis centum, et sic sunt, id est insimul sexcentus et sex. Et cum numerus consideratus in predicto nomine, ut ostensum est, significet sex etates: per primum sex, id est infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuventutem, senectutem, decrepitam etatem et significet iterum centesimam ovem, id est humanum genus; per centum et sex opera misericordie et decalogum, per quadraginta et trinitatem et unitatem et dilectionem Dei et proximi; per ultimum sex et Antichristus sit contrarius in sex etatibus humano generi et sex operibus misericordie et decalogo et Trinitati et unitati et dilectioni Dei et proximi. Merito nomen ipsius, id est Antemos, in partibus cuius consideratur hic numerus, ut iam sepe diximus, interpretatur ‘contrarius’. Et cum ille perditus homo neget decalogum et cetera premissa, merito vocatur unus, centum, quinquaginta, septuaginta, quadrigenti, quadraginta, quinque A R N O Y M E, quod interpretatur ‘nego’, in partibus cuius nominis consideratur numerus. Et cum seducat gentes, id est Antichristus habet hoc nomen tria: quinque, quinquaginta, ducentum, octo, centum, decem, viginti, septuaginta, ducentum G E N S H R I K O S, quod interpretatur ‘seductor’. Vocatur etiam trecentum, quinque, decem, trecentum, unum, quinquaginta T E I T A N, quod interpretatur ‘sol’ vel ‘gigas’, quod nomen si fallaciter

non *om.* L ~ imitatores antichristi *om.* L 13,16. id est...antichristi *om.* P⁴ 13,17. id est dare...antichristianis *om.* P⁴ ~ nomen²] eius *add.* P⁴ ~ nominis² *om.* P⁴ ~ id est⁵ *om.* P⁴ ~ cuius¹ *om.* P⁴

13,17. antemoc...queritur *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1102C-1104B ~ centesimam ovem *cfr.* Lc 15,4-7

13,18. *Hic est sapientia.* Quedam admonitio est, quia in hoc erat multa deceptio. *Qui habet intellectum, computet numerum bestie,* computando intelliget etiam per numerum nominis eum non esse remuneratorem. *Numerus enim hominis est et numerus eius est sexenti sexaginta sex;* licet sui per hunc numerum Deum esse predicent, sapiens tamen hunc numerum percipiet non esse Dei, sed puri hominis. Quia hic liber Grece factus fuit, secundum Grecos numeros, de quo hic dicit, est inquirendus. Significant enim numerum omnes littere apud Grecos. *Nomen eius ANTEMOS,* quod ei convenit secundum hoc quod Christo contrarius dicitur, ex litteris illius nominis. A unum numeratur, N quinquaginta, T trecenti, E quinque, M quadraginta, O septuaginta, S ducenti. Vel ARNOYME, id est nego quia Christum negat Deum; in quo nomine idem numerus est: A unum, R centum, N quinquaginta, O septuaginta, Y quadrinquenti, M quadraginta, E quinque. Sunt alia multa nomina, sed ex singulis colligitur eadem summa, scilicet sexenti sexaginta sex. Sex, qui primus perfectus est, significat illos minus perfectos qui coniugati sunt, et pro modo suo custodiunt mandata Domini. Sexaginta qui fit ex sex et decem, significat mediocriter perfectos. Centum significat perfectissimos, qui mentis et corporis integritatem conservant. Hi reddunt fructum alii senarium, alii sexagesimum, alii centesimum. Et discipuli Antichristi predicabunt neminem posse salvari, nisi Antichristo proferat aliquem de fructibus istis.

CAPUT XIV

14,1. Ostensa sevissima persecutione quam patietur Ecclesia ab Antichristo et apostolis eius, ad consolationem ipsius ponit Christum adiutorem et eius familiam; et hoc est: *et vidi,* perstitti in visione, *et ecce,* evidenter, *Agnus,* Christus pro nobis immolatus apparuit, *stabat,* ut adiuvareret, *supra montem Syon,* supra Ecclesiam, *celsam,* in eminentia virtutum et Deum contemplantem; *et cum eo centum quadraginta quatuor millia,* scilicet fide sancte Trinitatis ex quatuor

13,18. *EST SAPIENTIA] SAPIENTIA EST ω^g ~ est² om. P⁴

14,1. quam] quod P² ~ et¹] ab add. P² P³ ~ *christum adiutorem] adiutorem christum ω^g ~ et hoc est om. ω^g ~ vidi] et add. P² ~ christus] qui add. α Tr ~ pro nobis immolatus] immolatus pro nobis L ~ apparuit stabat] stabat apparuit P³ ~ ut adiuvareret om. P⁴ ~ syon] id est add. α Tr^{inter lin.} ~ *fide] ex fide ω^g ~ sancte om. L

usurpat, affirmans de se esse dictum: «Exultavi ut gigas», «et vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitie», vel per hunc numerum sexcenti sexaginta sex possumus aliud intelligere. Nam per sex habemus minus perfectos qui sunt coniugati et castitatem servant et decem precepta pro modo suo. Per sexaginta illos mediocres qui, amissis legalibus coniugiis, in castitate permanent et decem precepta servant. Per centum illos perfectissimos qui nec mentis nec corporis integratatem unquam violaverunt, id est virgines. Et hi tales reddunt alius senarium, alius sexagesimum, alius centesimum fructum Domino, quia has oblationes exigit Deus. Vel alio modo: sex diebus Deus cuncta opera sua fecit et sex sunt seculi huius etates in quibus decem precepta legis servare debemus, et sex sunt opera misericordie que iterum servare debemus, ut per hec omnia centesima ovis de leva in dexteram transducatur. Potest ergo hoc numero presens tempus et finis mundi signari. Sicut enim Pilatus non sibi sed nobis scripsit titulum crucis, ita iste non sibi sed nobis scripsit characterem et nomen et numerum nominis et ideo intellectus queritur^m 13,18. |HIC SAPIENTIA| in consideratione qualiter ista tria significant fidem et officium Antichristi est adhibenda sapientia^{im}; et quia hic est sapientia ideoⁱ |HABET INTELLECTUM| utitur instrumento rationisⁱ |COMPUTET| id est computando enumeraret partes numeri, ut sic possit videre qualiter numerus significant fidem et officium Antichristi^{im} |NUMERUS ENIM| et vere est computandum quia et cetera, hoc ideo dicit quia quidam volebant quod Antichristus esset tantum diabolus et non homo^m; aut numerum ostensivum fidei et officiiⁱ |NUMERUS EIUS| et contra salutem humani generis quod habemus per sequentem numerum, etsi ignoratis quantus est numerus eius, dicam vobis: In numero continetur sexcenti et cetera^m

14,1. |ET VIDI| postquam vidit diabolum et corpus eius, vidit Christum et corpus eiusⁱ |SUPER MONTEM SYON| id est Ecclesiam que semper debet esse in specula, id est in contemplatione^m |SYON| ‘specula’ interpretaturⁱ |CUM EO CENTUM QUADRAGINTA| et cum eo vidi omnes perfectos in ieuno, quod habe-

usurpat *om.* P⁴ ~ exultavi] exultavit P⁴ ~ minus *om.* P⁴ ~ modo suo] suo modo P⁴ ~ id est virgines *om.* L ~ et sex sunt per misericordie...debemus *om.* P⁴ ~ scripsit² *om.* P⁴ ~ ita] et add. P⁴ 13,18. ista tria significant] significant ista tria P⁴ ~ et² *om.* P⁴ ~ INTELLECTUM] id est add. P⁴ ~ utitur] ratione add. P⁴ ~ aut...officii *om.* L ~ continentur P⁴ ~ et cetera *om.* P⁴

17. exultavi ut gigas = Ps 18,6 ~ et vobis...iustitie = Mal 4,2

mundi partibus collectos, *habentes nomen eius*, quia Christiani dicentur, *et nomen Patris eius*, vel quia Dei dicentur vel quia Deum Patrem esse non tacebunt, *scriptum in frontibus suis*, aperta confessione oris et operis. 14,2. *Et audivi vocem*, desiderium vel admonitionem, *de celo*, scilicet ab his qui cum eo erant, *tamquam vocem aquarum multarum*, id est multorum populorum, quia de multis populis fuerant congregati, *et tamquam vocem tonitri magni*, quia terrori sunt omnibus inimicis. *Et vocem quam audivi sicut citharedorum*, carnis mortificatorum, *citharizantium in citharis suis*, scilicet proprias carnes suas affligentes, ut quod aliis predicarent in se operando adimplerent. 14,3. *Et cantabant quasi canticum novum*, scilicet cum magna exultatione annuntiabant reparationem per Agnum adimpletam; vel *cantabant canticum novum*, scilicet de integritate anime et corporis exultabant; que exultatio in eis numquam veterascit, sed semper floret et nova est, *ante sedem*, id est ut Deo sedenti placeat, vel ut ipsis in quibus Deus sedet iudicans; et *ante quatuor animalia*, id est in presentia sanctorum predicatorum, ut ipsis quoque placeret cantus eorum, *et seniores*, id est iudices. *Et nemo poterat dicere canticum*, perfectam exultationem Deo reddere, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, nisi integri anima et corpore, *qui empti*, sanguine Agni, *sunt de terra*, et ideo vos qui de terra estis, ne desperetis. Hic sumitur auctoritas a beato Iohanne de gloria innocentium. 14,4. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coquinati*, ad litteram vel aliqua mollitie seculari. *Virgines enim sunt*. *Hi sequuntur agnum*, id est imitantur Christum, *quocumque ierit*, et secundum corpus et secundum animam. *Hi empti sunt ex omnibus*, primitie, potior pars, *Deo et Agno*.

mundi partibus] partibus mundi L ~ *collectos] electos ω^g ~ quia christiani dicentur] quod dicuntur christiani P⁴ ~ *patrem] christi add. ω^g : om. α Tr ~ operis] corporis P⁴ 14,2. de celo] de ecclesia add. P³ cum ω^g ~ cum eo erant] erant cum eo α Tr ~ fuerant] erant L ~ congregati] congregate P² ~ terrori sunt] terror est α Tr ~ citharedorum] vox add. P³ ~ suis] deo P³ ~ suas om. M P³ ~ quod] quoniam P³ 14,3. annuntiabant] enunciabant P³ ~ scilicet² om. α Tr ~ anime et corporis] corporis et anime P² ~ in eis numquam] numquam in eis P² ~ sed semper...nova est om. L ~ id est¹ om. α Tr ~ ipsis in] in ipsis P² ~ sedet iudicans] iudicat α Tr : sedens iudicat P² ~ ante² inter lin. Tr ~ in³ om. P² : inter lin. Tr ~ predicatorum] novi testamenti add. P³ cum ω^g ~ seniores] veteri testamenti add. P³ cum ω^g ~ id est³ om. α Tr ~ quatuor milia om. P² ~ anima et corpore] corpore et anima P² ~ agni] christi L ~ terra] scilicet de fece terrenitatis ad celos sunt sublevati add. P³ ~ et⁸ om. α Tr ~ *hic...innocentium om. ω^g 14,4. seculari] muliebri add. P⁴ ~ HI²] SUNT QUI add. P⁴ ~ et¹ om. α Tr ~ EX OMNIBUS PRIMITIE] EX PRIMITIE OMNIBUS P⁴ ~ primitie] id est add. P² ~ deo] patri add. P³

mus per centum quadraginta, et omnes perfectos in observantia quatuor Evangeliorum, quod habemus per quatuor milia^m |NOMEN PATRIS EIUS| quod dicuntur Deiⁱ |SCRIPTUM| ignitum et signatumⁱ |IN FRONTIBUS| in cordeⁱ 14,2. |AUDIVI| spiritualiter intellexiⁱ |VOCEM| predicationemⁱ |DE CELO| Ecclesiaⁱ |TAMQUAM VOCEM¹| id est persuasoram predicationem factam propter multas aquas, id est propter multos populos ad fidem convertendos^m |TAMQUAM²| iterum audiviⁱ |VOCEM TONITRUI| predicationem terribiliter comminantemⁱ |VOCEM³| predicationemⁱ |CITHAREDORUM| vox predictorumⁱ |CITHARIZANTIUM| mortificationem carnis predicantiumⁱ |IN CITHARIS SUSI| quia quod predicabant post in se ipsis ostendebant, unde Apostolus: «Castigo corpus meum et in servitutem redigam ne cum aliis predicaverim ipse <reprobus efficiar>»^{im} 14,3. |ET CANTABANT| cum gaudio predicabantⁱ |QUASI CANTICUM NOVUM| gaudentes de incorrupta mentis integritateⁱ; id est innovationem viteⁱ |QUATUOR ANIMALIA| predicatorum Novi Testamentiⁱ |SENIORES| Veteris Testamentiⁱ |DICERE CANTICUM| gaudere de incorrupta mentis divinitate, predicando innovationem vite^{im} |NISI ILLA CENTUM| id est perfecti ut superius diximusⁱ |QUI EMPTI SUNT| sanguine Christi de fece terrenitatis sunt elevati ad celosⁱ; quia hoc quod Christus est factus particeps nostre terrenitatis^m 14,4. |MULIERIBUS| id est cum carnalibus concupiscentiis que effeminant et debilitant virilem animum^{im} |VIRGINES| fide integrīⁱ; Ieronimus contra Iovinianum: «de singulis tribubus, excepta tribu Dan, pro qua reponitur tribus Levi, seculari duodena milia virginum signatorum creditura dicuntur»^m; Ieronimus contra Iovinianum: «ne putaremus de his verbum dici, qui scorta non noverunt, statim intulit: virgines enim sunt»^m |QUOCUMQUE IERIT| in quibuscumque volueritⁱ |HI EMPTI SUNT| sicut ex grege vel ex multis fructibus eliguntur primitie, ita isti eliguntur ex multitudine electorum, qui tamquam primitias se ipsos offerendo, referent centesimum fructum, quia cum virginitate linguam servaverunt^m |PRIMITIE| oblationesⁱ |DEO| Patriⁱ |AGNO| Filioⁱ

14,1. quod dicuntur dei *om.* L ~ ignitum] innitum L ~ in corde] in corpore P⁴
 14,2. iterum audivi *om.* P⁴ ~ predicationem⁴] predicationemⁱ L ~ reprobus efficiar *restitui*
uxtra Vulgatam : om. codd. 14,3. integritate] virginitate P⁴ ~ id est innovationem
 vite *om.* P⁴ ~ divinitate] id est integritate *add.* P⁴ 14,4. ieronimus¹...enim sunt
om. L

14,2. propter multas aquas *cfr.* Is 8,7 ~ Castigo...ipse = I Cor 9,27 14,4. de
 singulis...dicuntur = Hieronymus, AI, PL 23, col. 269A ~ ne putaremus...sunt = Hieronymus,
 AI, PL 23, col. 269A ~ referent centesimum fructum *cfr.* Mt 13,8 *et* Lc 8,8

14,5. *Et in ore ipsorum non est inventum mendacium*, etsi aliquando fuit. *Sine macula sunt*, sine sorde operationis et verbi, etsi aliquando aliqua fuit, tamen prius deleta fuit. *Ante thronum Dei*, in presentia Dei iudicis, ut placeant ipsi Deo. 14,6. Descripta impugnatione facta per duas bestias et supposito auxilio Agni et ostensa dignitate familie, subiungitur admonitio ut ad hanc familiam accedamus; et hoc est: *et vidi alterum angelum*, id est predicatorum, qui alteri sunt a Christo, *volantem*, id est a terrenis se removentem, *per medium celum*, per Ecclesiam et etiam per medium Ecclesie, scilicet ut ab omnibus possit intelligi equaliter; vel *per medium*, id est per communia, scilicet per catholicam, non facientem proprias sectas, *habentem Evangelium eternum*, bonum nuntium, scilicet predicationem eterna promittentem et completem sic remunerantem, *ut evangelizaret*, ad hoc habentem ut annuntiet, *sedentibus super terram*, id est immorantibus in contemptu mundi, *et super omnem gentem et tribum et linguam et populum*, quasi dicat: Ut evangelizaret super omnem diversitatem hominum. 14,7. *Dicens voce magna*, persuasione magna annuntiante: *Timete Dominum*, casto timore, scilicet propter propriam suam bonitatem; *et date ei honorem*, prebet eis omnimodam venerationem opere et ore, ipsum glorificantes, *quia venit hora iudicii eius*, ne deficiatis, quia non longo tempore patiemini; *et adorate eum*, et quod per vos non potestis ab ipso petite, *qui fecit celum et terram*, et ipse potest vos tales facere, quia ex nichilo fecit omnia, *mare et omnia que in eis sunt et fontes aquarum*. 14,8. *Et alius angelus*, quia alia denuntiat, *secutus est dicens*: *Cecidit, cecidit*. Bis ponit, ideo quia duplicem casum, videlicet corporis et anime

14,5. ipsorum] eorum γ P³ ~ fuit] vel in ore ipsorum non est inventum mendacium quia que in baptismo promiserunt fideliter exhibuerunt add. P³ cum ω^g ~ sunt] scilicet M ~ sorde operationis] operationis sorde α Tr ~ tamen...fuit om. α Tr ~ in presentia dei om. α Tr 14,6. et hoc est om. P³ cum ω^g ~ *id est¹ om. ω^g : bis repetitur in P² ~ a christo] ab antichristo add. in marg. P² ~ volantem om. P³ ~ id est² om. α P³ Tr ~ *per³] vel ω^g ~ etiam om. P³ ~ scilicet¹ om. α Tr ~ omnibus] hominibus P⁴ ~ id est³ om. γ : scilicet T Tr ~ catholicam] catholica P² ~ facientem] sibi add. P⁴ ~ completem] completes P² ~ *remunerantem om. ω^g : remunerationem P² ~ immorantibus] minorantibus P³ ~ omnem gentem] omnes gentes M ~ gentem] linguam T Tr ~ tribum] iudeorum add. P³ ~ linguam] gentem T Tr ~ populum] gentilium add. P³ cum ω^g ~ *quasi dicat om. ω^g ~ ut⁵] et add. ω^g 14,7. DICENS VOCE MAGNA] DICENTEM MAGNA VOCE L ~ propter in marg. P³ ~ *propriam om. ω^g ~ propriam suam] suam propriam α Tr ~ honorem] et quod per vos non potestis ab ipso petit a.c. P² ~ ei² om. P² P³ ~ non¹ om. P³ ~ quod] quando a.c. T ~ vos] nos P² ~ vos tales] tales vos P³ ~ omnia¹] et add. γ 14,8. *denuntiat] annuntiat ω^g ~ secutus est] eum add. inter lin. P³ ~ ponit] cecidit add. α Tr ~ ideo om. α Tr ~ quia²] quod P² ~ videlicet om. α Tr

14,5. [ET IN ORE EORUM NON EST INVENTUM MENDACIUM] quia que in baptismo promiserunt fideliter exhibuerunt vel falsum Deum non crediderunt vel coluerunt sicut gentes que mentiuntur^m [MENDACIUM] et ideo suntⁱ [SINE MACULA] id est sine criminali peccatoⁱ 14,6. [ALTERUM] ordinem predicationisⁱ [VOLANTEM] subtiliter intuentemⁱ [PER MEDIUM] intima secreta divine pagineⁱ [HABENTEM] ex invicto officioⁱ [ETERNUM] quod confert eternitatemⁱ [EVANGELIZARET] predicaretⁱ [SEDENTIBUS SUPER TERRAM] illis qui inherent tantum terrenis vel calcantes terrenaⁱ [SUPER GENTEM] et etiam insuper omnibus tam Iudeis quam gentibusⁱ [TRIBUM] Iudeorumⁱ [POPULUM] gentiliumⁱ 14,7. [VOCE MAGNA] aperte, non erubescensⁱ [TIMETE] propter Gehennamⁱ [TIMETE DOMINUM] agendo penitentiam de preteritis: «Initium sapientie timor Domini»ⁱ [HONOREM] de operibus bonis que modo agitisⁱ; prebete ei omnimodam venerationem, opere et ore ipsum glorificantesⁱ [ADORATE EUM] non idolaⁱ 14,8. [ANGELUS] ordo predictorumⁱ [ET ALIUS ANGELUS] bene angelus angelum sequitur, quia predictorum ordo, etsi subsequendo imitatur, eadem tamen annuntiat. Ille enim dicit: *quia venit hora iudicii eius*, hic autem dicit: *cecidit Babilon*, id est confusio mundane conversationis. Ingeminando dicit vel per confirmationem rei vel quia «mundus peribit et concupiscentia eius»^m [CECIDITⁱ] secundum corpusⁱ [CECIDIT²] secundum

14,5. sunt *om.* P⁴ 14,6. predicationis *om.* P⁴ ~ TERRAM] id est *add.* P⁴ ~ et etiam...gentilibus *om.* L 14,7. erubescens] erubesceris P⁴ ~ propter gehennam *om.* L ~ ei *om.* P⁴

14,7. Initium...Domini = Sir 1,16 14,8. bene...conversationis = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1108C ~ mundus...eius = I Io 2,17

annuntiat, vel duplicatum intelligimus omnimodam ruinam, sed non potuit totiens repetere, *Babilon*, confusi in vitiis, civitas munita pravis, *illa magna*, pro multis, *que a vino ire fornicationis sue potavit omnes gentes*, gentiliter viventes potat quidem Babilon et inebriat, a vera semita deviendo aliquos de omni gente, *vino fornicationis*, id est multis nequitiis que sunt eis vinum, scilicet dulcis potus et inebrians; *que fornicatio est ire Dei*, quia ipsam sequitur divina vindicta. Vel *ire Dei*, quia Deus permisit illos sic fornicari. 14,9. *Et tertius angelus*, alia denuntiatio, quia iste angelus minatur et deterret ne nos bestiam sequamur, *secutus est illos dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam, Antichristum, et imaginem eius*, ut se conformem faciat sequacibus eius, *et acceperit caracterem, signum fidei ipsius, in fronte sua*, ut manifeste eum confiteatur, *aut in manu sua*, ut opere imitetur, 14,10. *et hic bibet*, sicut Babilon, *de vino ire Dei*, de pena quam propinat iratus Deus. Per vinum significamus penam, quia inebriat; vel vinum dicitur, quia e contrario pro delectatione, que in vino intelligitur, redditur; *quod mixtum est mero in calice ire ipsius*. Bibet quidem de vino, sed non correctionis, sed potius damnationis, et hoc est quod dicit *mixtum mero*, scilicet de fece, id est eterna damnatione. Per calicem Domini intelligimus vindictam, quia ipsa datur ad mensuram, in quo calice est merum et fex. Merum, id est vindicta corrigens, fex est vindicta damnans. *Et cruciabitur igne et sulphure*, fetore, *in conspectu angelorum sanctorum*, ut tanto potius confundantur. *Et in conspectu Agni:*

annuntiat *ante dupl. transposuit P² ~ *corporis et anime] anime et corporis ω^g ~ dupl. per dupl. α : vel sic per dupl. add. inter lin. a.m. T ~ intelligimus] intelligamus P² P³ ~ *totiens om. ω^g ~ in om. α Tr ~ munita pravis] pravis munita α Tr ~ *ILLA] CIVITAS add. ω^g ~ *pro multis om. ω^g ~ multis] superbia α Tr ~ ire¹ om. P³ ~ fornicationis sue] sue fornicationis M P ~ et inebriat om. α Tr ~ gente] de add. γ P³ ~ id est om. α Tr ~ nequitiis] vicei P ~ que²] quoniam P² ~ sunt eis] eis sunt P³ ~ dulcis] dabis P³ ~ dei...permisit non legitur P³ ~ illos] eos P³ cum ω^g 14,9. alia denuntiatio non legitur P³ ~ quia] vel qua add. inter lin. a.m. T ~ minatur et deterret] deterret et minatur L ~ ne om. P³ ~ *ne nos] nos ne ω^g : ut add. P² ~ bestiam] hostiam P² ~ bestiam sequamur non legitur P³ ~ voce magna om. α Tr ~ adoraverit non legitur P³ ~ -ormem faciat non legitur P³ ~ *sequacibus] sequentibus ω^g ~ fidei ipsius in front- non legitur P³ ~ in manu sua ut non legitur P³ ~ eum confiteatur] confiteatur eum T ~ *ut³] in ω^g ~ opere] eum add. α Tr 14,10. de vino ire dei non legitur P³ ~ vinum inter lin. T ~ significamus pe- non legitur P³ ~ quia¹] que P³ cum ω^g ~ e contrario pro de- non legitur P³ ~ intelligitur] significatur a.c. T ~ -ditur quod mixtum est non legitur P³ ~ bibet²] bibit α Tr ~ quidem de vino] de vino quidem P² ~ sed non cor- non legitur P³ ~ sed² om. α Tr ~ *potius om. ω^g ~ mixtum² non legitur P³ ~ est⁴ inter lin. T ~ id est² om. γ P³ ~ igne] <...> add. sed non legitur P³ ~ *IN CONSPPECTU] ANTE CONSPECTUM ω^g*

animamⁱ |BABILON| confusio idolatrieⁱ |MAGNA| pre multisⁱ; multitudine reproborum vel enormitate vitiorumⁱ |A VINO| a ferventi persuasione vi- tiorumⁱ; *a vino* – dico – pleno *ire* Dei, habite propter fornicationem suam, id est idolatriam^{im} |FORNICATIONIS| quia separavit animam a suo sposo Christo et adiunxit diabolo adultero, unde: «Perdidisti omnes qui fornicantur abs te»^m |POTAVIT| decepitⁱ 14,9. |TERTIUS| ultimus ordo predictorumⁱ; tres angeli hic ponuntur quia sanctam Trinitatem vocis liberalitate predican^m |MAGNA| li- beraⁱ |IN FRONTE SUA| in corde vel realiterⁱ |IN MANU SUA| in opere qui similiter damnabuntur vel ad litteramⁱ |IN FRONTE ET IN MANU| caracterem habent bes- tie, id est fidem et opera eius falsi Christiani qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant^m 14,10. |DE VINO IRE| ferventi vindictaⁱ |IRE DEI| ostensiva ire Deiⁱ |QUOD MIXTUM EST ET CETERA| que damnatio malorum est mixta *mero*, id est retributioni bonorum, et hoc *in calice ire ipius*, id est in iudicio, quod iudicium confert bonis merum, id est premia bonorum et reproborum vinum, id est ferventem damnationem ostensivam ire Dei, unde in Psalmo: «Hunc humiliat et hunc exaltat, quia calix in manu Domini» et cetera^m; calix iste est vindicta Dei, de qua in presenti bibunt alii merum quod sursum est ut sanen- tur, aliis vero feces que in fundo remanent servantur, ut post voluptatis lasci- viam eternis cruciatus damnentur^m |ET CRUCIABITUR| igne et sulphure ut ex igne fetor et ex fetore ignis procreetur, digna pena his qui ad perversa deside- ria ex carnis fetore hic ardent^m |IN CONSPECTU SANCTORUM ANGELORUM| in quorum conspectu non timuerunt mala perpetrateⁱ; quod angeli et sancti videbunt, ut in Dei laudibus crescant, per cuius misericordiam evaserunt quod miseri patiuntur^m |ANTE CONSPPECTU AGNI| tanto timore impii terrebun- tur ut videatur illis Deus semper esse presens iramque vindicte infligereⁱ

14,8. quia separavit...te *om.* L ~ a² *om.* P⁴ 14,10. fundo] mundo L ~ exⁱ *om.* L ~ non timuerunt mala perpetrare] mala perpetrare non timuerunt P⁴ ~ infligere] insur- gere P⁴

8. perdidisti...te = Ps 72,27 14,9. tres...predicant *cf.* Haimo, *ExpApC*, PL 117, col. 1109A 14,10. Hunc...Domini = Ps 74,8

14,11. *et fumus tormentorum eorum in secula seculorum ascendet, et tenebrositas damnationis eterna erit contra quorundam hereses. Quod quedam de damnatione malorum numerat, non dicit pro describenda damnatione, sed ut per hoc nos deterreat ab eorum conformitate. Et ideo, si alibi aliquid de istis dixerit, non debet dici superfluum, quia ad aliud dicitur. Nec habent requiem die ac nocte, nec mirum si Antichristus et hi qui presentialiter eum viderunt sic puniantur, quia et precessores et ministri eius eadem pena afficientur, qui adoraverunt bestiam et imaginem eius, et si quis acceperit characterem nominis eius.* **14,12.** *Hic, scilicet in contitu eterne pene, patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, ope- re implendo geminam dilectionem, et fidem Iesu, et qui etiam si non habeant spatium operandi, saltem Deum confitentur.* **14,13.** *Et audivi vocem de celo. Item egregia consolatio. Ac si dicerent fideles: Mali sic damnabuntur, sed nobis, qui Christum sequimur, quid erit? Omnis beatitudo; et hoc est: dicentem michi: Scribe, scilicet in firma memoria conde et aliis intima. Beati mortui seculo, qui in Domino moriuntur, qui in confessione Domini vera dissolvuntur, illi sunt beati. A modo iam dicit Spiritus ut requiescant a laboribus. Et hoc quasi dicat: Non sunt verba mea, sed Spiritus hoc dicit, ut a modo, id est a tempore resurrectio- nis, requiescant a laboribus suis, quos hucusque passi sunt. Opera enim illorum sequuntur illos, id est merces operum sequitur illos; quasi, dum in mundo erant, videbantur opera sua perdata, quia semper tribulabantur, sed modo invenient ea florida. Post promissionem beatitudinis videt et completionem ad maiorem suorum confortationem. Videt et impiorum damnationem ad maxi- mam dehortationem.* **14,14.** *Et vidi, et ecce nubem candidam, nubem vocat, vel carnem in qua latuit Dominus vel sanctos qui eum obumbrabunt vel realem*

14,11. *fumus tormentorum non legitur P³ ~ et²] id est α Tr^{inter lin.} ~ *erit om. ω^g ~ deterreat] detrahat T Tr ~ alibi aliquid] aliquid alicubi α Tr ~ de istis dixerit] dixerit de istis P³ ~ ad aliud non legitur P³ ~ et⁵] etiam ω^g ~ eius¹] de add. P² ~ pena om. P² ~ bestiam] hostiam P² ~ et⁸ om. P² ~ quis om. Tr 14,12. contitu] circuitu P⁴ ~ eterne pene] pene eterne P² ~ est] et add. P³ ~ dilectionem] vel aliter hi <...> patientia id est merces patientie sanctorum in his que dicturi sumus add. P³ cum ω^g ~ *et qui] quia ω^g ~ etiam] et P³ cum ω^g 14,13. *omnis] eterna ω^g ~ *et hoc est om. ω^g ~ scilicet] id est P⁴: om. α Tr ~ *conde] reconde P³ cum ω^g ~ *domini vera] vera domini ω^g P² ~ illi] aliud non P² ~ ut requiescant a laboribus suis om. α Tr ~ et⁴ om. ω^g ~ verba mea] mea verba α Tr ~ ut a modo] a modo ut T ~ id est¹ om. α Tr ~ resurrec- tionis] passionis L ~ a⁴ om. T ~ *videbantur] sibi add. ω^g ~ opera sua] sua opera α Tr^{inter lin.} ~ perdata] et aliis unde dicit ecce nos insensati putabamus vitam illorum sine i. et sine honore quomodo computati sunt inter filios dei add. P⁴ ~ *modo] tandem add. ω^g ~ beatitudinis videt] beatitatis α Tr ~ et⁶] etiam α Tr ~ impiorum damnationem ad non legitur P³ ~ maximam dehortationem non legitur P³ 14,14. et¹...ecce non legi- tur P³ ~ nubem vocat om. α Tr ~ obumbrabunt] obumbrant α Tr*

14,11. [FUMUS] magnitudoⁱ [MAGNUS FUMUS] magnarum flamarum iudicium et numquam carebunt supplicio qui voluerunt numquam carere peccato^m [ASCENDET] non deficietⁱ [CARACTEREM NOMINIS EIUS] fidem et operationem convenientem nomini. Hec sunt stipendia malorum que diximus superiusⁱ; non solum illi qui adorabunt bestiam et imaginem eius sunt puniendi, sed etiam illi qui iam adoraverunt. Et hoc est quod dicit sive haberent divinorum preceptorum notitiam, quod habemus per diem, sive carerent illa, quod per noctem intelligimus^m 14,12. [PATIENTIA] id est merces patientie sanctorum in his que dicturi sumusⁱ [SANCTORUM] et eorumⁱ 14,13. [ET AUDIVI VOCEM] per internam inspirationem cognoviⁱ; hec vox ad omnes pertinet qui remunerationem eternam expectant. *Scribe* in corde tuo, quia *beati mortui* qui in fide Dei cum operibus bonis de hoc mundo migrant vel qui, imitantes caput suum, pro eo pati non reformidant *a modo*, id est a presenti tempore. Iam dicit Spiritus, id est tota Trinitas, *ut requiescant a laboribus*, scilicet spiritualliter prelati^m [SCRIBE] prius in corde tuo, postea dic aliis vel scribe, id est crede quia conseptuli vitii et concupiscentiis migrant ad Deum^m [A MODO] ex quo migrantⁱ [IAM DICIT] precipit Deusⁱ [UT REQUIESCANT] «absterget omnem lacrimam ab oculis eorum»ⁱ [A LABORIBUS] a temptationibusⁱ 14,14. [VIDI] vidi illa premissa et etiam vidi aliud et ecce quid viderimⁱ [NUBEM] carnem Christi que tegebat divinitatem^m [CANDIDAM] ab omni macula peccati mun-

14,11. iudicium] est add. P⁴ ~ voluerunt numquam] noluerunt umquam P⁴ ~ que diximus superius *om.* P⁴ ~ adorabunt] adorabant P⁴ 14,12. et *om.* P⁴ 14,13. DI-CIT] id est add. P⁴ ~ absterget...eorum *om.* L ~ a temptationibus *om.* P⁴

14,13. absterget...eorum = Apc 21,4

nubem, et supra nubem sedentem, scilicet Christum, similem Filio hominis, quia iam impassibilis et immortalis, habentem, ad modum triumphantis, in capite suo, secundum propriam personam vel secundum divinitatem, coronam, victoriā de diabolo, auream, propter sapientiam, et in manu sua, in potestate, falcem acutam, iudicium quo separantur boni a malis. 14,15. Et alius angelus, sanctus aliquis, exivit, manifeste apparuit, de templo, qui prius inter malos latuerat, clamans voce magna, ostendens magna affectione quod desideret separationem malorum a bonis, ut consortium eorum impleatur, ad sedentem super nubem, Christum: Mitte falcam tuam, exerce iudicium, et mete, collige tuos, quia venit hora ut metatur, opportunum est, quia iam completus est numerus eorum, quoniam aruit messis terre, quia consummata est nequitia malorum. 14,16. Et misit ille qui sedebat super nubem falcam suam in terram, id est exercuit iudicium sicut suum erat, et messuit terram, divisit bonos a malis. 14,17. Ostensa potestate Dei ad iudicandum, ostendit item sanctos iudicaturos per preceptum Domini, per quod magnum solarium datur sanctis, ut ipsi in fide persistant et bonis operibus. Et alius angelus, sancti aliud officium habentes, exivit, qualis esset apparuit, de templo, de secreto loco, quod est in celo, habens et ipse, sicut Christus, falcam acutam. 14,18. Et alius angelus, scilicet Christus, exivit de altari, clarus apparuit, veniens, de altari, id est de loco secre-

nubem^{3]} ad litteram add. P² ~ nubem sedentem] sedentem nubem a.c. Tr ~ sedentem non legitur P³ ~ scilicet] id est T ~ et immortalis habentem non legitur P³ ~ suo secundum propriam non legitur P³ ~ personam] videbatur iohanni add. P⁴ ~ vel⁴ non legitur P³ ~ victoriā de non legitur P³ ~ sua in potest- non legitur P³ ~ a malis non legitur P³ 14,15. et¹ non legitur P³ ~ *ALIUS] ALTER ω^g ~ sanctus aliquis om. a Tr ~ exivit] exiit M Tr ~ apparuit de temp- non legitur P³ ~ latuerat] vel aliter <exivit de tem>plo non quod a contemplatione angelorum re>cederetur quia assume>ndo carnem hominibus visibilis apparuit <or>do sanctorum vel ait sanctorum que exierunt de tem>plo desiderantes adesse diem retributionis add. P³ cum ω^g ~ clamans voce non legitur P³ ~ ostendens...bonis om. P² ~ desideret] desiderat L ~ desideret separ- non legitur P³ ~ malorum a bonis] bonorum a malis P³ cum ω^g ~ exerce iudici- non legitur P³ ~ tuos bis repetitur in P² ~ metatur opportu- non legitur P³ ~ *quia²] quoniam ω^g ~ *iam om. ω^g ~ completus est] completer a Tr ~ eorum] tuorum a Tr : sanctorum P² ~ aruit messis non legitur P³ ~ nequitia] eorum add. P³ ~ malorum] id est sancti <ad matur>itatē bonorum operum pervenerunt add. P³ cum ω^g 14,16. ille qui...nubem non legitur P³ ~ suam] tuam P² ~ *id est] et ω^g ~ suum erat non legitur P³ ~ messuit] in add. P² Tr^{a.c.} ~ terram² inter lin. T 14,17. ostensa non legitur P³ ~ per² om. P⁴ ~ magnum om. P⁴ ~ *datur] dat ω^g ~ sanctis ut non legitur P³ ~ operibus om. a Tr ~ angelus] scilicet christus exivit de altari add. et post del. T ~ sancti non legitur P³ ~ de secreto loco om. L ~ celo] materiali add. P³ ~ sicut] et add. a Tr 14,18. christus] christo P³ ~ christus exivit de altari post VENIENS transposuit P² ~ *veniens om. ω^g ~ de altari² om. P² ~ *id est¹ om. ω^g ~ loco om. P⁴

damⁱ |SUPRA NUBEM| divinitatem humanitati presidentemⁱ; supra nubem sedens Christus est, cuius divinitatis potentia sue humanitati presidet, qui iam non homo sed similis Filio hominis dicitur, quia metas humanitatis transcendens «iam non moritur morte», id est ultra nubem Dominus^m |IN CAPITE| in divinitate vel per similitudinemⁱ |IN CAPITE SUO CORONAM AUREAM| id est vidi illum circundatum collegio sanctorum vel duodecim apostolorum vel habebat coronam auream, id est perfectionem sapientie^m |IN MANU| in dispositioneⁱ |FALCEM| potestatem iudicariamⁱ |ACUTAM| efficacemⁱ 14,15. |ALIUS ANGELUS| postquam ostendit damnationem malorum et premia bonorum, tractat de iudicio^m; ordo sanctorum vel anime sanctorum que exierunt *de templo*, id est de presenti Ecclesia desiderantes adesse diem retributionis^m |TEMPIO| Ecclesiaⁱ |VOCE MAGNA| intima mentis affectioneⁱ |METE| reconde grana in horreumⁱ |QUIA VENIT| plenitudo sanctorum intravitⁱ |ARUIT| id est sancti ad maturitatem bonorum operum perveneruntⁱ |TERRE| Ecclesieⁱ 14,16. |IN TERRAM| in Ecclesiamⁱ |MESSUIT TERRAM| sanctos Deo fructum ferentesⁱ 14,17. Ostensa messione bonorum, ostendit etiam malorum^m |ET ALIUS ANGELUS| id est qui primus apparuit de invisibili maiestate quam tantum contemplantur celestesⁱ |EXIVIT| exire Dei est ad iudicium dispositione Patris venire^m |DE TEMPIO| de celesti secretoⁱ |ET ALIUS ANGELUS EXIVIT DE TEMPLO| non quod a contemplatione angelorum recederet, sed quia assumendo carnem hominibus visibilis apparuit^m |IN CELO| materialiⁱ 14,18. |ET ALIUS| iste, id est qui secundusⁱ

14,14. potestatem iudicariam *om.* L 14,15. postquam...iudicio *apud* ET VIDI ECCE NUBEM P⁴ ~ de² *om.* L ~ intima...affectione *om.* L 14,17. quam *corr.* : quem *codd.* ~ dispositione patris] patris dispositione L

14,14. iam non moritur morte = Rm 6,9

tiori, scilicet tunc cognitus ab omnibus Deo consubstantialis, *qui habebat potestatem*, quasi bene potens predicare, *super ignem*, id est super penam eternalem. *Et clamavit vox magna*, magno imperio, *ad eum qui habebat acutam falcem*, dicens: *Mitte falcem tuam acutam et vindemia botros*, separa maturos in nequitia, vinee terre. Uva dicitur grapa, uve botri grana, *quia mature sunt uve eius*, quia nequitia eorum completa est. Per messem terre et per uvas vinee terre, damnatio malorum. Sed secundum diversos modos significatur, quia per vineam illos accipimus, qui maiori studio mala operantur, sicut vinee, ut fructum faciat, maior cura adhibetur. 14,19. *Et*, tali imperio, *misit angelus falcem suam et vindemiavit vineam terre et misit in lacum ire Dei magnum*, id est in infernum, ubi multi iram Dei patientur. 14,20. *Et calcatus est*, puniti sunt, *lacus*, in inferno positi, *extra civitatem*, quia pena illa non erit purgatoria. *Et exiit sanguis de lacu*, scilicet eterna pena pro peccato, non vinum, quod in cellario Dei poneretur, *usque ad frenos equorum*, id est usque ad rectores eorum puniendos, scilicet diabolos, *per stadia mille sexcenta*. Stadium dicitur quantum currebat Hercules uno anhelitu, et per stadium mensurabant Greci plateas in quibus luderent. Et per hoc significat nobis damnandos omnes deditos ludis et divitiis huius seculi, vel minus perfectos in hoc quod per sex notatur, vel perfectiores <quod> per centum, vel perfectissimos quod per mille habemus.

scilicet² om. P⁴ ~ tunc *inter lin.* T ~ deo consubstantialis om. L ~ quasi] dicat add. P³ ~ *potens predicare] poterat percipere P³ cum ω^g : et dare add. α Tr^{inter lin.} ~ *SUPER] SUPRA ω^g ~ id est² om. α Tr ~ *eternalem] eternam ω^g ~ acutam² om. α Tr ~ *uva dicitur grapa uve botri grana] botrus dicitur grapa uva grana uve ω^g ~ uva] botrus P³ ~ uve botri] botrus uve P² ~ botri om. P³ : *in marg.* Tr ~ *quia¹*] quoniam P² ~ uve eius quia *non legitur* P³ ~ *quia¹...est om. ω^g ~ est³ om. α Tr ~ *messem] messorem ω^g ~ per² *non legitur* P³ ~ secundum] per P⁴ ~ maior cura adhibetur] adhibetur maior cura P³ 14,20. *calcatus*] conculcatus T Tr ~ *CALCATUS EST] et add. ω^g : id est add. P³ ~ lacus om. P³ : et add. P⁴ ~ puniti sunt lacus] lacus id est puniti sunt P² ~ *quia] et add. ω^g ~ poneretur] ponitur P⁴ ~ frenos] populorum add. P³ ~ *id est om. ω^g ~ usque² om. P³ ~ eorum *non legitur* P³ ~ sexcenta] sexcenti P² ~ anhelitu et per sta-*non legitur* P³ ~ luderent...damnand- *non legitur* P³ ~ significat] significant P² ~ vel¹ om. P² ~ hoc²] quidem add. P² ~ notatur] habemus α Tr ~ vel²...mille *in marg.* Tr ~ quod³ *restitui iuxta primam recensionem* : om. codd. ~ habemus om. α Tr

|SUPRA IGNEM| id est supra caritatem ita quod caritas, id est Christus, non recepit ab eis, eo quod caritatem in hoc mundo habuerunt^{im}; id est supra caritatem in hoc mundo habueruntⁱ |VOCE MAGNA| summo desiderio ut veniret regnum Deiⁱ |VINDEMIA| exterminaⁱ |BOTROS VINEE TERRE| id est illi qui sunt ebri et inflati terrena iocunditateⁱ |MATURE SUNT VINEE EIUS| filii terre digni concutationeⁱ 14,19. |FALCEM| vindemiatoriamⁱ |IN TERRAM| in illos qui in terrenis tantum gaudebantⁱ |VINDIMIAVIT| exterminavitⁱ |IN LACUM| in infernum ubi ostenditur Deus iratus^m |VINEAM TERRE| malorum collectionem quam terra nutriveratⁱ |MAGNUM| quia omnes malos colligitⁱ 14,20. |ET CALCATUS EST LACUS| id est illi qui erant in lacu strinxerunt se ut hos colligere possent ad penam, vel positi in lacu calcabuntur^m |EXIVIT| exundavitⁱ |SANGUIS| divina ultioⁱ |USQUE AD FRENOS EQUORUM| ita quod processit non solum ad subiectos sed etiam usque ad reges alios ad malum conducentes^{im}; quia non solum subiectos, sed etiam ipsos principes et reges qui sanctorum fuderunt sanguinem vel diversis vitiis servierunt vindicta divini iudicii comprehendit^m |FRENOS| regesⁱ |EQUORUM| populorumⁱ |PER STADIA MILLE SEXCENTI| et non solum uno loco sed per quatuor climata orbisⁱ; ad illos etiam exivit qui ludis sunt dediti. Qui ludi per stadia notantur^m |MILLE SEXCENTA| id est quatuor quadrigentumⁱ

14,18. id est...habuereunt *om.* L ~ terrena] temporali P⁴ ~ concutatione] concussione P⁴ 14,19. in²] id est P⁴ ~ in infernum...iratus *om.* L ~ malorum collectionem] collectionem malorum P⁴ 14,20. et³ *om.* P⁴ ~ solum] in *add.* P⁴ ~ quatuor² *om.* P⁴ ~ ad illos...notantur *om.* L

14,19. vindemiatoriam *cfr.* Beda, *ExpApc*, p. 437, r. 50

CAPUT XV

VISIO QUINTA

15,1. In suprapositis visionibus exsecutus est statum Ecclesie a reparatione ordine usque ad iudicium; in tribus que sequuntur immoratur circa novissima tempora, quia de istis parum et occulte in aliis scripturis dictum erat. Et est materia in hac quinta visione: septem angeli habentes septem phialas, ex quarum effusione fiunt septem plage, id est destructiones iniquorum qui erunt tempore Antichristi. Que destructio maxime hortatur presentes ad patiendum. *Et vidi aliud signum, scilicet quamdam figuram aliud significantem, in celo, quia celestes erant qui significabantur, magnum, quia magna inde contingent, et mirabile, quia mirum est hominem alios posse damnare. Angelos septem, predicatores omnes, habentes, iniunctas a Deo ad effundendum in malos, plagas septem novissimas, id est omnimodam excepcionem malorum in tempore Antichristi, quoniam in illis consummata est ira Dei.* Vere plagas habebunt, quoniam iram Dei super iniquos exercebunt et vere novissimas, quoniam non faciet alias Deus in malos. 15,2. *Et vidi tamquam mare vitreum, id est baptismum qui per mare significatur quia ibi peccata lavantur, vitreum, quia ibi puritas fidei exigitur, mixtum igne, quia ibi dona Spiritus sancti habentur, et eos qui vicerunt bestiam, Antichristum, et imaginem eius, vitantes illi conformari, et numerum nominis eius, non sunt per numerum decepti, stantes supra mare vitreum, innitentes baptismo ut illi qui bene servant ea que in baptismo acceperunt, habentes citharas Dei, mortificantes carnem. Dei dicit, quia Deus prior fecit vel quia sic faciendum instituit.*

15,1. reparatione] reparationis P^{a.c.} P² P³ m ~ tempora] vel add. P² ~ quia] quidem add. P² ~ et²] hec add. T ~ quinta visione] scilicet excepcione et damnatione malorum add. P⁴ ~ septem¹ om. P² ~ *qui¹] que ω^g ~ patiendum] plagas septem id est septem principalia tormenta contra septem criminalia peccata quibus tormentis puniuntur qui sunt mortui in septem criminalibus peccatis vel sic per septem criminalia peccata multociens omnia peccata intelligimus sic per septem plagas omnem plagam malorum add. P³ cum ω^g ~ mirum est non legitur P² : mirabile est P³ ~ *est⁴ om. ω^g ~ alios posse] posse alios P³ cum ω^g ~ *ANGELOS SEPTEM] id est add. ω^g ~ *predicatores omnes] omnes predicatores ω^g ~ *effundendum] infundendum ω^g ~ in⁶] etiam P⁴ ~ id est² om. P² P³ ~ habebunt] habebant a.c. Tr ~ *exercebunt] exercebant ω^g : exercebit M ~ quoniam³...malos in marg. P ~ *alias deus] deus alias ω^g ~ in malos] in mundo L : in m. P⁴ 15,2. vitreum] cum angelis add. P³ cum ω^g ~ *id est baptismum om. ω^g ~ id est] vidi add. P² : om. P³ cum ω^g ~ *qui¹] et ω^g ~ qui per mare...vitreum om. a Tr ~ ibi² om. P² P³ ~ spiritus sancti] sancti spiritus P³ ~ VICE-RUNT] VICERE L P⁴ a.c. ~ *quia ibi...habentur om. ω^g ~ innitentes] in add. M : utentes P³ cum ω^g ~ ut illi...baptismo² om. a Tr ~ baptismo²] quod add. a Tr^{inter lin.} ~ dei¹ om. P² ~ dei dicit om. P³ ~ sic] deus add. P⁴

15,1. [ALIUD SIGNUM] quod in sexto sigillo et sexta tuba superposuit de damnatione malorum, incidetur ad consolationem bonorum. Hic in suo loco de execratione et damnatione malorum loquitur, ita non superfluit^m [MIRABILE] quantum ad aliosⁱ [PREDICATORES] septiformi gratia illuminatosⁱ [HABENTES] non in se sed in sui potestate ita quod possunt eas dare cui voluerintⁱ [PLAGAS SEPTEM] hec est notitia omnium Scripturarum. Que Scripture vocantur plague, quia illis vulnerantur corda fidelium ad salutem, corda vero impiorum ad perniciem, *novissimas* non quia non semper fuerint, sed quia tunc erit damnatio maior infidelitatis reproborum, cum, predictantibus Helia et Enoc, pauci audient, unde sequitur: *quoniam in his consummata est ira Dei*, id est statim consummabitur, Christo veniente et iudicante infidelitatem illorum^m; id est septem principalia tormenta contra septem criminalia vitia. Quibus tormentis puniuntur illi qui sunt mortui in septem criminalibus vitiis et sicut per septem criminalia vicia multa omnia totiens vicia intelligimus, sic hic per septem plagas omnem plagam intelligimus malorum^{mi} [NOVISSIMAS] magnas, ultra quas non erunt aliiqueⁱ 15,2. [ET VIDI] cum angelisⁱ [TAMQUAM MARE VITREUM] id est Vetus Testamentum quod est mare, id est dimergit quantum ad litteralem intellectum, quantum ad moralem est vitreum et *mixtum igne* quantum ad spiritualem. Vel mare baptismum quod dimergit et delet omnia peccata, tam originalia quam actualia, *vitreum* propter puritatem fidei, *mixtum igne* propter gratiam sancti Spiritus vel propter memoriam Domini^m; *mare* baptismum significat, unde Paulus: «Baptizati sunt» fideles in memoria dominice passionis – inquit – «in nube et in mari», *vitreum* propter puritatem fidei. In igne Spiritus sanctus sive passio nostri Redemptoris accipitur. Per gratiam enim sancti Spiritus baptizantur fideles in memoria dominice passionis quo igne coagulantur, id est firmantur fideles^m [STANTES] id est firmiter tenentes ea que in baptismo promiseruntⁱ [SUPRA MARE] id est Scripturasⁱ [HABENTES CITHARAS DEI] id est se ipsos vitiis mortificantes in hoc mundo ad honorem Deiⁱ

15,1. quod in sexto sigillo...superfluit *om.* L ~ in⁶ *om.* P⁴ ~ *omnia totiens*] totiens omnia P⁴ 15,2. *VIDI*] et *add.* P⁴ ~ *et¹*] quod P⁴ ~ *mixtum igne* propter gratiam...puritatem fidei² *om.* L

15,2. *vitreum* propter...fideles *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1119D-1120A ~ Baptizati sunt...mari = I Cor 10,2

15,3. *Et cantantes*, cum letitia implentes, *canticum Moysi servi Dei*, scilicet Vetus Testamentum quod intelligent idem esse cum Novo, *et canticum Agni*, Novum Testamentum, dicentes, alios admonentes: *Magna*, ex prima creatione, *et mirabilia*, in recreatione, *sunt opera tua*, *Domine Deus omnipotens*, *iuste et vere sunt vittue*, *Domine Rex seculorum*. Vie sunt institutiones Dei per quas ipse ad nos et nos ad ipsum vadimus, que sunt iuste, quia unicuique reddunt pro merito. Vere sunt, quia eo ducunt quo promittunt. 15,4. *Quis non timebit te, Domine*, et ex hoc, quis non serviet tibi ex amore, *et magnificabit nomen tuum*, opere et predicatione, *quia solus pius es*, et vere timendus es, quia gratis iustificas. *Quoniam omnes gentes venient*, et vere magnificabunt, quia aliqui de omni gente venient ad te fidem recipiendo, *et adorabunt*, in spiritu et veritate, *in conspectu tuo*, in beneplacito tuo, *quoniam iudicia tua manifesta sunt*, et vere adorabunt, scilicet quod bonos recipis, malos reicis. Ostensa dignitate et potentia eorum qui plagas inferre debent, vult ostendere causam qua digni videantur mali ut plegas sustineant. Et prius ostendit quod, cum revelentur eis mysteria Ecclesie, excecati malis meritis suis non possunt intrare. 15,5. *Et post hec vidit*, et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii, id est aperte revelata sunt mysteria Ecclesie que est tabernaculum, quia in ea Deus habitat et in ea ad tempus militat, *testimonii in celo*, id est que continet in se Novum et Vetus Testamentum. 15,6. *Et exierunt*, et quia ita aperta erant, exierunt angelii, septem predicatori, id est manifeste reprehendunt male operantes, *habentes septem plagas de templo*, confirmatis illis qui sunt Ecclesia, *vestiti lapide*, firmitate, mundo, a vitiis, *candido*, propter virtutes, *et precincti circa pectora sua*, id est refrenantes etiam cogitationes, *zonis aureis*, cingulo caritatis vel sapientie.

15,3. scilicet¹ om. α Tr ~ intelligent] intelligitur α Tr ~ esse] inesse P² ~ agni] non add. P² ~ testamentum²] canticum P² ~ et vere sunt] sunt et vere T ~ *SUNT om. ω^g ~ domine² om. γ ~ que sunt] vere sunt α Tr ~ unicuique reddunt] reddunt unicuique γ P² ~ reddunt pro merito] pro merito reddunt L 15,4. quis²] quid a.c. P² ~ *et² om. ω^g ~ *opere et predicatione om. ω^g ~ es² om. P² ~ veritate] et add. T ~ scilicet] cognoscent (quod cognoscent T) esse ex iustitia add. α Tr^{in marg.} ~ quod¹] quia P² 15,5. est¹ M P ~ testimonii om. P² P³ ~ ea] eis P² ~ id est² om. α Tr ~ *que²] quo ω^g : qui P² ~ in se om. P² 15,6. ita om. P⁴ ~ erant] erunt P² ~ predicatori om. P⁴ ~ *exierunt] exhibant ω^g : exhibunt P³ ~ septem¹ om. γ Tr ~ septem predicatori] predicatori septem P³ ~ reprehendunt] reprehendunt P² ~ lapide] id est add. P² : christo add. P³ ~ *cingulo caritatis om. ω^g ~ vel sapientie om. α Tr

15,3. |CANTICUM| Vetus Testamentum spiritualiter intellectumⁱ |OPERA TUA| scilicet celum et terram et ea que in eis suntⁱ |DOMINE| Paterⁱ |DEUS| Filiusⁱ |OMNIPOTENS| Spiritusⁱ |IUSTE| quia aquis diluvii iusto iudicio delesti omnem creaturam spiritum vite habentem, unicuique dans secundum merita^{im} |VERE| secundum predestinationem vel iudiciumⁱ |REX SECULORUM| qui regit seculaⁱ 15,4. |TIMEBIT| et obedietur cum timoreⁱ; qui timore mortis ad legis mandata cogebas hoc ad Moysen et ad contemporaneos pertinetⁱ |MAGNIFICABIT| hoc ad prophetas pertinet qui futura predicendo et bene agendo nomen eius glorificaverunt^{im} |NOMEN| quantum in seⁱ |TU SOLUS PIUS| descendendo a sinu Patris, ut mortem pro peccatis nostris sumeresⁱ |PIUS| purgans aliosⁱ |OMNES GENTES| tam boni quam maliⁱ |VENIENT| predicatione apostolorum post ascensionemⁱ |ADORABUNT| velint, nolint post mortem Antichristiⁱ |MANIFESTA| in die iudiciiⁱ 15,5. Premisse laudes pertinent ad canticum Moysi, id est ad Vetus Testamentum, sequentes ad Novum^m |ET ECCE| et quid viderim?ⁱ |TEMPLUM| celestis beatitudo que est remuneratio Ecclesie significata per tabernaculum; que est testimonium Dei in his omnibus que de ipso sunt, quia Ecclesia testatur incarnatum, passum et cetera^{im} |TABERNACULI| tabernaculum et celum una est Ecclesia, templum apertum in celo, sacramenta Christi revelata in Ecclesia que ideo tabernaculum testimonii dicitur, quia tabulas duorum Testamentorum habet, archam Dominum Iesum «in quo sunt omnes thesauri sapientie» et urnam ipsum Domini corpus, in quo est verus «panis qui de celo descendit», virga Aron, sacerdotium spirituale. Et cum predicatores sancti contemplationi divine inserviunt, quasi in templo, id est secreto mentis, morantur, cum vero ad publicam predicationem procedunt quasi de templo egrediuntur vestiti illo lapide qui murus est impenetrabilis et est mundus quia peccatum non fecit^m |IN CELO| materialiⁱ 15,6. |SEPTEM PLAGAS| ut supraⁱ |DE TEMPLO| ex celesti beatitudineⁱ |VESTITI| «quotquot baptizati estis in Christo, Christum induistis»^{im} |LAPIDE| Christoⁱ |MUNDO| secundum humanitatemⁱ |CANDIDO| secundum divinitatemⁱ |CIRCA PECTORA| circa cordis precordiaⁱ |ZONIS AUREIS| sapientia perfectaⁱ; nam quemadmodum zona stringit vestes ne fluant hac illac, sic sapientia cohibet animum ne fluat per immunda desideria^m

15,3. *vetus...intellectum om.* L ~ ea] omnia P⁴ ~ spiritus] sanctus *add.* P⁴

15,4. *et...timore om.* L ~ obedietur *corredi*: obedieretur P⁴ ~ ad² om. P⁴ ~ *predicendo*

predicando L^{a.c.} P⁴ ~ a] de P⁴ ~ *predicatione...ascensionem om.* P⁴ ~ *nolint inter lin.* L

15,5. *premiss...novum om.* P⁴ ~ *testatur illum add.* P⁴ ~ *incarnatum...cetera om.* P⁴

15,5. *tabernaculum...fecit* = Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1122B-D ~ *in quo...sapientie* = Col 2,3 ~ *panis...descendit* *cfr.* Io 6,50 ~ *virga Aron* *cfr.* Nm 17,8 15,6. *quot...quot...induistis* = Gal 3,27

15,7. *Et unus*, quia omnes unus, quia omnes idem predican, *de quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundie Dei viventis in secula seculorum*, id est fecit ipsos ampla vasa Deo per sapientiam et caritatem, *plenas ire Dei*, ad dispensandum improbis. 15,8. *Et impletum est templum*, licet aperta essent misteria Ecclesie bonis, tamen malis obscura erant, *fumo, obscuritate, a maiestate Dei, a presentia Dei, et de virtute eius*, quia cui claudit nemo aperit, et nemo, de reprobis, poterat in templum introire, id est in Ecclesiam, scilicet fieri de Ecclesia, *donec consummarentur septem plage septem angelorum*, donec completa sit omnimoda damnatio. Non ideo sic determinat ut tunc recipiat, sed constat postea non intraturos.

CAPUT XVI

16,1. *Et audivi, intellexi, vocem magnam, divinam inspirationem vel aliquam admonitionem, de celo, dicentem septem angelis: Ite, procedite in obedientia, iam tempus est damnationis malorum, effundite septem phialas ire Dei in terram, in deditos terrenis. Cum isti angeli iam predican et aperta sint misteria que predican et tamen quidam intrare recusent, habent angeli convenientem causam percutiendi, ad quod divina voce commonentur.* 16,2. *Et abiit primus angelus et effudit phialam suam in terram; et factum est vulnus serum, damnatio nociva, et pessimum, insanabilis, in homines qui habebant characterem bestie, et eos qui adoraverunt imaginem eius. In sexto sigillo videtur idem dixisse, sed tamen aliud est. Ibi namque est ostensum que mala sancti patientur in tempore Antichristi et si quid inductum est de damnatione malorum, ad consolationem iustorum fuit. Hic autem specialiter ostenditur damnatio impiorum, et ideo si eadem verba hic ponuntur que ibi posita sunt, quia ad*

15,7. quia¹ om. a Tr ~ idem] christum L : unum P⁴ ~ *DE] EX ω^g ~ ipsos] eos P⁴ P² ~ *per om. ω^g ~ ire] iracundie a Tr ~ dispensandum] dispendium L : dispendum P² ~ improbis] in improbis P² 15,8. *licet...erant apud PLENAS ω^g ~ dei² om. a Tr ~ in¹ om. P³ ~ *ecclesia¹] ecclesiam ω^g ~ recipiat] recipiantur a Tr

16,1. magnam om. a Tr ~ malorum] et add. P² ~ ire inter lin. Tr ~ in deditos terrenis om. L ~ et³ inter lin. P³ ~ quod] quam P² 16,2. abiit primus angelus] primus angelus abiit P² P³ ~ ANGELUS om. L ~ SEVUM AC PESSIMUM] PESSIMUM AC SEVUM P⁴ ~ pessimum] et add. P² P³ ~ insanabilis om. L ~ HOMINES] OMNES L : HOMINIBUS P⁴ ~ habebant] habent T Tr ~ adoraverunt] bestiam add. P² : bestiam et add. P³ ~ sexto¹] vel add. P² ~ sigillo] angelo a Tr ~ tamen¹ om. P³ ~ est ostensum] ostensum est P³ cum ω^g ~ *sancti patientur] patientur sancti ω^g ~ *in⁴ om. ω^g ~ specialiter] spiritualliter P² P³ : spatialiter a.c. Tr ~ si¹] sic P² ~ hic ponuntur] ponuntur hic a Tr ~ sunt om. P³

15,7. |ET UNUS| Christusⁱ |EX QUATUOR ANIMALIBUS| quatuor animalia insimul significant Christum et etiam unumquodque animal per se significat Christum sicut in hoc loco significatur per unum animal^m |ANGELIS| predictoribusⁱ |SEPTEM PHIALAS| predictores septiformi gratia accensosⁱ; corda vel doctrinaⁱ |AUREAS| sapientie fulgore illustratasⁱ |PLENAS IRACUNDIE| divinorum eloquiorum per quorum contemptum Deus irascitur reprobisⁱ 15,8. |TEMPLUM| fideles vel celeste secretumⁱ |FUMO| per fumum ignorantia quorundam Dei intelligitur, qui nesciunt quare Deus regnare reprobos et electos affligi patiatur. *Donec consummatis septem plagis, septem angelorum in omni Ecclesia, predicatione terminata, intrent in sanctuarium Dei, vel ita impletur fumo quando corda quorundam implentur lamento penitentie, maiestate Dei tangente montes ut fumigent, sed tamen nemo templum intrat, id est nemo securus de sua conscientia scit utrum odio an amore Dei dignus sit, donec, statu presentis Ecclesie terminato, reddat iudex unicuique iuxta opera sua^m |A MAIESTATE DEI| proveniente a maiestate Dei qui permittit hic florere malos et puniri bonosⁱ |DONEC CONSUMMARENTUR SEPTEM PLAGE| in novissimis completeretur predicatione omnium Christi discipulorumⁱ*

16,1. |VOCEM MAGNAM| imperium divinumⁱ |SEPTEM ANGELIS| predictoribusⁱ |EFFUNDITE| «Predictate Evangelium omni creature»ⁱ |IN TERRAM| contra terrena corda loquiminiⁱ 16,2. |ET ABIIT| aliquis ante legemⁱ |PHIALAM| predicationemⁱ |IN TERRAM| in illos qui terrena tantum sapiuntⁱ |ET FACTUM EST| quia noluerunt recipere Verbum Deiⁱ |SEVUM| quantum ad corpusⁱ |PESSIMUM| quantum ad animamⁱ

15,7. insimul *om.* P⁴ ~ corda vel doctrina *om.* L ~ sapientie] sapientia P⁴ ~ divinorum eloquiorum...reprobis *om.* L 15,8. in^{1]} id est P⁴ ~ ita *om.* P⁴ ~ sit] scit P⁴ ~ puniri *correxi* : punire *codd.*

16,1. imperium divinum *om.* L ~ loquimini] loquemini P⁴ 16,2. in *om.* P⁴

15,8. per fumum...opera sua *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1124D-1125A, 1126A ~ tangente...fumigent *cfr.* Ps 143,5 ~ reddat...sua *cfr.* Mt 16,27

16,1. Predicate...creature = Mc 16,15

diversa inducuntur, nulla est superfluitas. Item videtur idem dixisse in sexto angelo qui tuba cecinit, sed tamen ibi maxime ostendit persecutionem quam mali facient sanctis. Si quid preter hec dictum fuit de damnatione impiorum, accidens erat; quare si eadem aliqua hic dicantur, ubi damnatio malorum sola consideratur, non est superfluum. Item aliud, quia ibi nulla distinctio damnatorum fuit, hic singuli angeli diversis generibus malorum plagas inferunt.

16,3. *Et secundus, in officio, effudit phialam suam in mare, in eos qui sanctos contundunt, et sanguis factus est, scilicet damnatio pro sanguine quem fuderunt, tamquam mortui, quia non evadent illam damnationem; cum vivus fundat sanguinem, ipse potest evadere; et omnis anima vivens mortua est in mari, id est omnis consentiens illis damnabitur, qui vivere videntur, quia non aperte persequuntur.*

16,4. *Et tertius effudit phialam suam super flumina, super perversos doctores, tam maiores quam minores; et hoc dicit: et super fontes aquarum, et factus est sanguis, quia et isti sanguinem fuderunt, vel spiritualiter vel corporaliter.*

16,5. *Et audivi angelum aquarum dicentem, scilicet intellexi ipsos predicatorum non sibi, sed Domino, hanc vindictam attribuentes, et iuste fieri confirmantes; per aquas accepimus bonas doctrinas. Iustus es, Domine, qui es et qui eras. Venturum non ponit, quia ex proximo adventu quasi iam venientem videt. Qui hec iudicasti, scilicet qui huiusmodi damnationem malis solvisti.*

16,6. *Quia sanguinem sanctorum, minorum, et prophetarum, maiorum, effuderunt, et sanguinem, eternam penam, eis dedisti bibere. Bibere dicit, quia pro delectatione*

nulla est superfluitas] non est superfluum *et ante* quia ad diversa transposuerunt α Tr : nulla sperflitas est P³ ~ idem dixisse in sexto angelo] in sexto angelo idem dixisse α Tr ~ preter hec dictum fuit] dictum fuit preter hec α Tr ~ fuit² om. P³ ~ distinctio damnatorum] damnatorum distinctio α Tr ~ fuit hic singuli *non legitur* P³ ~ plagas inferunt *non legitur* P³ ~ 16,3. secundus] angelus add. α Tr^{inter lin.} ~ et secundus *non legitur* P³ ~ EFFUDIT] FUDIT L ~ contundunt] ut mare insulam add. P⁴ ~ SANGUIS FACTUS EST] FACTUS EST SANGUIS L T ~ factus est om. P³ ~ fuderunt] effuderunt P² ~ -tionem cum vivus *non legitur* P³ ~ vivus] unus P² ~ fundat] effundat L ~ et omnis anima vivens *non legitur* P³ ~ vivens] viva T Tr m ~ est¹ inter lin. Tr ~ id est] et P² ~ damnabitur qui vi- *non legitur* P³ ~ 16,4. et tertius effudit *non legitur* P³ ~ tertius] angelus add. α Tr ~ effudit inter lin. Tr ~ *et hoc dicit om. ω^g ~ -versos doctores tam ma- *non legitur* P³ ~ aquarum et factus est *non legitur* P³ ~ et⁴ om. T ~ spiritualiter vel cor- *non legitur* P³ ~ 16,5. scilicet intellexi *non legitur* P³ ~ *accepimus] accipimus ω^g M ~ accepimus bonas *non legitur* P³ ~ eras] sanctus add. P² ~ venturum *non legitur* P³ ~ venientem videt] iustus es qui iuste remuneras add. P³ cum ω^g ~ iudicasti] scilicet qui hec iudicasti a.c. T 16,6. -nguinem sanctorum mi- *non legitur* P³ ~ sanguinem²] id est add. P² ~ eternam scilicet pe- *non legitur* P³ ~ EFFUDERUNT] FUDERUNT P⁴ ~ eternam] scilicet add. γ : *non legitur* P³ ~ eternam penam om. L : id est eternam penam P⁴ ~ penam] eius add. P² : et scilicet add. Tr ~ eis om. P² ~ eis dedisti] dedisti eis α ~ bibe- re dicit om. P² ~ pro¹ om. L : ex P⁴

16,3. [SECUNDUS] Moysesⁱ [IN MARE] in Iudaicum populum qui licet haberet legem, tamen prevaricando legem amaricabat Dominum^m [ET FACTUS EST SAN-
GUIS] versa est illis Scriptura in carnalem intellectum et ideo mortui sunt^m [OMNIS ANIMA] id est multi qui per carnales observantias putabant se vivereⁱ [IN MARI] in Iudaico populoⁱ 16,4. [TERTIUS] propheteⁱ [SUPER FLUMINA] super familias filiorum Israel fluentes in vitiis^m [FONTES] ipsas tribusⁱ [ET FACTUS EST] pro temporali morte sanctorum misit eis mortem sempiternam^m 16,5. [ANGE-
LUM] bonum presidentem Iudaico populoⁱ; intellige in die iudicii angelum dicentem merito dari eis penas, quia ei credere noluerunt^m [IUSTUS ES] iuste remuneransⁱ 16,6. [EFFUDERUNT] id est pro effusione sanguinis sanctorum et

16,3. prevaricando] predicando P⁴ ~ id est multi...se vivere *om.* L 16,4. FLUMINA]
id est *add.* P⁴ 16,5. bonum...populo *om.* L : *a.m.* P⁴ ~ eis] ei P⁴

quam habuerunt in tormentis sanctorum, hec recipient. *Digni enim sunt.* Iustus es qui iudicasti, quoniam isti digni erant. Et quia testimonium illud recipiendum est, quod plures affirmant, inducit alios testimonium priorum confirmantes. 16,7. *Et audivi alterum angelum, discipulos priorum, dicentem: Etiam, Domine, id est verum est quidquid de eo dixisti, Deus omnipotens, ex se enim profert testimonium, vera, quia complent quod promittunt, et iusta iudicia tua,* secundum merita cuique tribuens, ut si quis sanguinem fudit, pro eo bibat penam sanguinis. 16,8. *Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, in Antichristum qui dicit se lumen mundi. Et datum est, permissum est a Deo, illi, Antichristo, estu, minori tribulatione, affligere homines et igni, maiori tribulatione. 16,9. Et estuaverunt homines estu magno, deficientes propter tribulationes, et blasphemaverunt nomen Dei, blasphemant ut illi qui Antichristum fatentur Deum esse, et ceteris modis, habentis potestatem super has plagas.* Licet blasphemarent, ipse tamen habet potestatem, quoniam cui vult dat, cui vult amoget. *Neque egerunt penitentiam, non resipuerunt, ut darent illi gloriam,* ut si corde dolebant ut coacti, non palam Deum predicabant ore vel opere. 16,10. *Et quintus angelus effudit phialam suam super sedem bestie, id est super familiares Antichristi. Et factum est regnum eius, scilicet sedes illa sicut illi qui de eius familiaritate maxime gloriabantur, tenebrosum, potius excecatum, et commanducaverunt linguas suas,* id est reficiunt se malis sermonibus suis vel alii sermoni-

hec recipient] recipient hec P³ cum ω^g ~ enim sunt non legitur P³ ~ es] domine add. P² ~ qui] quia T ~ quod] quia P² ~ *et quia...perhibentes om. ω^g ~ affirmant] confirmant P² P³ ~ inducit non legitur P³ ~ confirmantes] et ex se testimonium perhibentes add. P² P³ Tr^{a.c.} 16,7. angelum om. P³ ~ angelum] ut add. P² P³ ~ *discipulos priorum om. ω^g ~ dicentem non legitur P³ ~ etiam...omnipotens inter lin. Tr ~ id est om. P⁴ ~ domine deus post domine transposuit α Tr ~ dixisti] iudicasti L : dixistis P⁴ ~ omnipotens om. P³ ~ *ex se enim profert testimonium om. ω^g : enim profert testimonium ex se P³ ~ ex se enim profert post ras. Tr ~ enim profert om. P² ~ et iusta iudicia tua post vera transposuerunt α Tr^{inter lin.} ~ secundum non legitur P³ ~ cuique] unicuique P² ~ tribuens] tribuunt α Tr ~ fudit] fundit P³ ~ sanguinis] iudicia tua add. P³ : in ras. Tr 16,8. dicit se] dicet se esse P⁴ : se dicit γ P³ : se dicet T Tr ~ est² om. ω^g ~ minori tribulatione affligere homines] affligere homines minori tribulatione α Tr^{in marg. p. c.} ~ affligere] afficere P² 16,9. blasphemant post deum esse transposuerunt α Tr ~ *antichristum fatentur] fatentur antichristum ω^g ~ et³] in P⁴ ~ habentis] habentes P² ~ cui] quem P² ~ amoget] cuius vult miseretur que vult operatur add. P³ cum ω^g ~ egerunt penitentiam] penitentiam egerunt P ~ non¹ inter lin. Tr ~ *ut si] etsi ω^g ~ ut²] et P² P³ ~ non²] tamen add. α Tr ~ palam deum] deum palam α Tr ~ predicabant] predictant α Tr 16,10. effudit inter lin. Tr ~ familiares] familias P² : om. P³ ~ eius¹] id est add. α Tr ~ scilicet sedes illa sicut om. α Tr^{b. r.} ~ eius familiaritate] familiaritate eius γ ~ maxime om. L : post illi qui transposuit P⁴ ~ *TENEBROSUM] id est add. ω^g ~ commanducaverunt] cum manducaverunt P² ~ suas om. P² ~ sermonibus¹] operibus γ : vel sermonibus add. inter lin. T Tr

prophetarum dedisti eis eternam mortem^{im} 16,7. |ETIAM| confirmatio sermonisⁱ |DOMINE| iustus esⁱ; Paterⁱ |DEUS| Filiusⁱ |OMNIPOTENS| Spiritusⁱ 16,8. |QUARTUS| Christus et apostoli^{im} |IN SOLEM| in Iudaicum populum qui videbatur lucere propter datam legem^m |ILLI| Iudaico populoⁱ; Antichristusⁱ |ESTU| minori persecutioneⁱ |AFFLIGERE| afficereⁱ |HOMINES| Christum et suosⁱ |IGNI| maiori persecutioniⁱ 16,9. |ESTUAVERUNT| commoti suntⁱ |HOMINES| Iudeiⁱ |ESTU MAGNO| ira magnaⁱ |BLASPHEMAVERUNT| et tamen non credideruntⁱ; dicentes magnum fuisseⁱ; si verus est, eripiat vos de manibus eorum^{mi} |POTESTATEM| quia cui vult miseretur, quem vult induratⁱ |UT DARENT ILLI| id est crederent illum verum Deumⁱ 16,10. |QUINTUS| apostoliⁱ |EFFUDIT| id est excepcionem ostenditⁱ |SUPER SEDEM BESTIE| id est gentes in quibus quiescebat dia bolusⁱ |ET FACTUM EST REGNUM| et doctrina illorum que, antequam predicatione apostolorum venire videbatur, illis clara facta est, illis obscura^m |COMMANDUCAVERUNT| id est despexerunt et viles habuerunt linguas suas, id est sectas

16,6. dedisti] dedistis etiam P⁴ 16,8. antichristus *om.* L ~ minori persecutione *om.* L ~ AFFLIGERE afficere] AFFICERE affligere P⁴ ~ maiori persecutione *om.* L 16,9. sunt *om.* P⁴ ~ et tamen...fuisse *om.* L ~ verus] deus *add.* P⁴ ~ eorum] nostris P⁴ 16,10. id est excepcionem ostendit *om.* L ~ venire] veniret P⁴

bus aliorum. Et est dictum ex similitudine morientis, qui pre nimio dolore et infirmitate interiori linguam suam comedit, *pre dolore*, propter invidiam et cetera vitia que intus nutrierunt. 16,11. *Et blasphemaverunt Deum*, dicentes magnum fuisse, *pre doloribus*, propter illatas plagas, vel propter interiora vitia, *et vulneribus suis*, que ipsi sibi fecerunt manducatione linguarum. *Et non egerunt penitentiam ex operibus suis*. 16,12. *Et sextus angelus effudit phialam suam in flumen*, in mundum, *illud magnum Euphraten*, et siccavit aquam eius, quia et mundum cremabit et omnem eius affluentiam, *ut prepararetur via regibus ab ortu solis*, quia, finito mundo, erit resurrectio fidelium, qui venient *ab ortu solis*, id est a Christo, qui tunc incipiet lucere, id est omnibus se manifestare. Habet alia translatio: regi Christo. 16,13. *Et vidi de ore draconis*, de inspiratione diaboli, *et de ore bestie*, de verbis Antichristi, *et de ore pseudoprophete*, de verbis apostolorum Antichristi. Tres illos posuit ad generationem immundorum spirituum, ut notet cuique illorum persuasionem sufficere ad precipitum miserorum, *spiritus tres immundos exire*, scilicet demones, quos hi predicti generant. Qui dicuntur immundi, quia immunda persuadent. *In modum ranarum*. Sicut enim rane in luto habitant et garrule aliis quietem auferunt, sic et isti vere immundi sunt.

et⁵ om. P² ~ *DOLORE] id est add. ω^g 16,11. et¹...propter¹ non legitur P³ ~ deum] celi add. T Tr^{inter lin.} ~ deum dicentes] dicentes deum a.c. Tr ~ dicentes magnum] magnum dicentes P² ~ *DOLORIBUS] id est add. ω^g ~ interiora vitia et vulneribus non legitur P³ ~ interiora] interna L : om. P⁴ ~ fecerunt] fecere a Tr ~ -catione linguarum et non legitur P³ ~ suis om. P² : inter lin. Tr 16,12. et sextus...phialam non legitur P³ ~ phialam] penam P² ~ siccavit] siccavit P ~ aquam] aquas fluminis P² P³ ~ eius quia predicabit non legitur P³ ~ quia et mundum cremabit] quia predicabit et mundum cremandum P² ~ omnem eius affluentiam] omnem affluentiam eius γ : eius omnem affluentiam <eufrat>es vorago interpretatur P³ : eius omnem affluentiam T Tr ~ affluentiam] vel substantiam add. a Tr ~ regibus ab ortu solis non legitur P³ ~ resurrectio] mortuorum add. a Tr ~ a inter lin. P ~ incipiet] incipit P² ~ -ipiet...omnibus non legitur P³ ~ lucere] lucem P² ~ se inter lin. P ~ regi christo non legitur P³ ~ regi] id est add. P² 16,13. inspiratione...et non legitur P³ ~ antichristi] spiritus tres <immun>dos ranarum exire add. P³ ~ illos cum ω^g : illas P² P³ Tr^{a.c.} : om. a ~ *posuit] ponit ω^g ~ spiritus tres immundos exire] exire spiritus tres immundos P² P³ ~ immundos inter lin. Tr ~ predicti] immundos add. P² ~ generant] nominant immundi L : odii add. P² : generarent P³ : in modum add. et post del. T : add. Tr ~ dicuntur] iudicantur P² : non legitur P³ ~ persuadent] et add. P² : exire add. T ~ in modo ranarum non legitur P³ ~ enim] in add. et post del. M ~ et garrule] garrule et L ~ garrule aliis qui- non legitur P³ ~ sic] sicut P² ~ *et⁵ om. ω^g ~ isti] vel aliter mo>do ranarum> sicut rane saltantes reciderunt in lutum sic...> exaltantes precipitantur in luto sue malitie <...> add. sed non legitur P³ ~ vere] et isti add. et post del. T ~ vere immundi sunt om. P⁴ : vere sunt immundi T ~ sunt inter lin. Tr

suas postquam fuerunt refutati predicatione apostolorum^m |PRE DOLORE| reprehensionis et refutationisⁱ 16,11. |ET BLASPHEMAVERUNT| et tamen non credideruntⁱ |PRE DOLORIBUS| in hoc seculo de predicatione habitis et vulneribus inferendis in futuro^m |OPERIBUS| blasphemieⁱ 16,12. |SEXTUS ANGELUS| ordo predictorum predicantium aliquantulum ante tempus Antichristi et in tempore Antichristiⁱ |IN FLUMEN| id est contra membra Antichristi, fluentia in vitiis et etiam contra illud caput notabile, id est contra Antichristum existentem Eufraten, id est voratorem omnium sanctorum^m |EUFRATEN| ‘vorago’ interpretaturⁱ |ET SICCAVIT| ab umore vitiorumⁱ |AQUAM EIUS| insipidam doctrinam illorumⁱ; videlicet contra illos qui erant flumen, id est rapaces et fluentes in vitiis prava doctrina Antichristi, et non quodlibet flumen, sed magnum, id est magne predicationi et confusione subditum et ita magnum quod comparabile Eufrati existenti magnum flumen^m |VIA REGIBUS| id est Helie et Enocⁱ |AB ORTU SOLIS| venientibus ab ortu solis, id est a Christoⁱ 16,13. |ET VIDI| spiritualiter intellexiⁱ |DE ORE DRACONIS| de persuasione diaboliⁱ |PSEUDOPROPHETE| hereticorumⁱ |IN MODUM RANARUM| inquietos et loquaces^m; spiritum superbie et mendacii et blasphemieⁱ; per diabolum et Antichristum et hereticum accipimus omnes adversarios Ecclesie et per tres immundos spiritus omnes intelligimus, scilicet ii qui ideo tres dicuntur quia Trinitatem omnibus modis impugnantⁱ

16,12. contra² om. P⁴ ~ ab umore vitiorum om. L ~ videlicet...magnum flumen om.
 P⁴ ~ id est⁶ om. P⁴ ~ helie et enoc *apud* ET SICCAVIT P⁴ ~ a om. L 16,13. de persuasione diaboli om. L ~ inquietos et loquaces om. L

16,14. *Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa, miracula, et prodeunt ad reges totius terre congregare illos, conducere in unam voluntatem, in prelum, contra fidèles, ad diem magnum Dei omnipotens, sed malo suo, quia cito ducentur ad diem iudicii. Dei dico, dicentis: 16,15. Ecce venio. Vel ita vere veniet, quia ipse testatur, sicut fur, ideo dicit fur, quia negligentes et dormientes occidet et spoliabit omnibus bonis; et ideo: Beatus qui vigilat, qui diligenter sollicitatur de salute anime sue, et custodit vestimenta sua, innocentiam et immortalitatem, que in baptismo recepit, ne nudus, a virtutibus, ambulet, resurgat, et videant sancti turpitudinem eius, peccata. Patebunt enim uniuscuiusque peccata, ac si ipse coram eis in ipsis actibus esset. 16,16. Et congregabit. Superius dixit: prodeunt congregare, et ecce ponit effectum, quia perficiunt quod querunt; et hoc est: et congregabit illos in locum, secundum suam voluntatem, qui vocatur hebraice Hermagedon. Hermagedon interpretatur ‘mons furum’, per quem significatur Antichristus, qui est caput omnium qui sanctis fidem furari volunt et ad quem configuntur nequissimi, et ita in ipso congregantur omnes qui ei adherent. 16,17. Et septimus angelus effudit phialam suam in aerem, id est in aeras potestates, scilicet diabolum, cui locus ille deputatus est, quia si haberent locum terram, non possemus pati eorum corruptiones. Et exivit vox magna, id est aperte magna annuntians, de templo, de Ecclesia, a throno, dicens, hec autem accipit Ecclesia a Deo: Factum est, id est consummata sunt omnia et finis adest. 16,18. Et facta sunt, ab eisdem septem angelis, fulgura, miracula, et voces, commonitiones, et tonitrua, mine, et terremotus factus est magnus, quia commovebuntur terreni adversus bonos, qualis numquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram, a tempore Abel, talis terremotus sic magnus. Ostenso super quos*

16,14. sunt om. P² ~ demoniorum] demonum a.c. Tr ~ signa] scilicet add. Tr ~ conducere] inducere P⁴ :ducere T ~ conducere in unam voluntatem om. L ~ dei¹ inter lin. Tr ~ dei omnipotentis] omnipotentis dei P² P³ ~ ducentur non legitur P³ ~ iudicii] dei add. P³ 16,15. vel ita non legitur P³ ~ dicit] sicut add. P³ : add. inter lin. T ~ ideo¹ om. ω^g ~ fur² om. P⁴ : non legitur P³ ~ VIGILAT ET CUSTODIT] CUSTODIT ET VIGILAT L ~ anime sue] vel bene operando add. P⁴ ~ ambulet] et add. P² ~ turpitudinem eius peccata] peccata turpitudinem eius P² P³ ~ peccata inter lin. Tr ~ patebunt] patebant L ~ *uniuscuiusque] unius ω^g ~ ipse] ipsi a Tr ~ esset] essent a Tr 16,16. *CONGREGABIT] CONGREGABUNT ω^g ~ perficiunt] perficiet P⁴ ~ quod inter lin. P ~ *et hoc est om. ω^g ~ et⁴ om. a P³ Tr ~ suam] unam P² P³ ~ *suam voluntatem] vel in consurrectionem testium iniquorum ut Deum blasphemarent add. ω^g ~ sanctis] sancti P² 16,17. effudit] fudit P³ ~ aeres] erias T Tr ~ cui locus] locus cui ideo P² ~ *si haberent] demones add. ω^g ~ *de ecclesia om. ω^g ~ hec] hoc P³ ~ autem inter lin. P² 16,18. sunt ab eis- non legitur P³ ~ fulgura] id est add. P² P³ ~ commonitiones om. L : admonitiones a Tr ~ magnus quia co- non legitur P³ ~ commovebuntur] movebuntur L : movent P⁴ ~ *a tempore abel apud NUMQUAM FUIT ω^g ~ a tempore abel talis terremotus sic magnus] talis terremotus sic magnus a tempore abel a Tr (terremotus magnus inter lin. Tr) ~ talis om. T Tr ~ sic om. P² T Tr ~ magnus om. P²

16,14. [SUNT ENIM] vere immundiⁱ [AD REGES] id est ad illos qui curabant tan-tum terrenaⁱ [CONGREGARE] id est ut congregarent illos in unam conspiratio-nemⁱ [AD DIEM MAGNUM] id est ad destructionem dominice doctrine que est dies magnus, id est magnam lucem conferens toto mundo vel ad destruc-tionem diei iudicii, dicendo diem iudicii non esse timendum, sicut predican-t sancti^{im} 16,15. [ET ECCE VENIO] qui dies veniet sicut fur quia ipse dixitⁱ [SICUT FUR] nullo scienteⁱ [BEATUS] qui totam intentionem suam ad Deum dirigitⁱ [CUSTODIT] et qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam, innocens mani-bus et mundo corde vel perseverando^m [VESTIMENTA] fidem baptismatis vel caritatemⁱ [VIDEANT] omnesⁱ [TURPITUDINEM] vitiorumⁱ 16,16. [CONGREGA-BUNT] consimiles illos facient eis qui elevant se contra Deum^m [HERMAGEDON] Hermagedon interpretatur ‘consurrectio testium iniquorum’ vel ‘mons a la-trunculis’ sive ‘globosus’. In consurrectione testium iniquorum congregabit eos Antichristus, quia ad hoc eos ad partem suam trahet, ut contra Christum verba blasphemie proferant fidemque rectam a cordibus fidelium furentur et ab illis mons, in quo beneplacitum est Deo, vocetur. Et hoc falso, cum potius mons globosus appellari debeat, vel quia multos in errorem vectens tenebrosos facit, vel quia diversos deceptionum globos contra eos mittit^m 16,17. [SEPTI-MUS] Helias et Enoch [ANGELUS] ordo predictorum predictantium post mortem Antichristi^{im} [IN AEREM] in illos qui erant vani et elatiⁱ [DE TEMPLO] de celesti beatitudineⁱ [ET EXIVIT VOX MAGNA DE TEMPLO] a sedente in throno et habitante in templo quod idem est, id est Ecclesia, *exivit vox* ista quia eius predicatione consummantur omnia, *factum est* id est finitum est regnum Antichristi et completa est damnatio reproborum^m [A THRONO] id est ad conformationem Ecclesie significate *a throno*^m [FACTUM EST] consummatum est regnum Antichristi^m 16,18. [VOCES] persuasorie predicationesⁱ [TONITRUA] minatorie predicationesⁱ [TERREMOTUS] commotio gentium ita quod non convertentur vel conversioⁱ

16,14. immundi] sunt add. P⁴ ~ tantum om. P⁴ ~ id est² om. P⁴ ~ in] vel P⁴ 16,16. est¹ om. P⁴ ~ vectens] nectens P⁴ 16,17. elia et enoch *apud* EBRAICE P⁴ ~ a sedente] ascende P⁴ ~ id est¹] de add. P⁴ 16,18. minatorie predicationes] com-minatorie P⁴ ~ gentium] mentium P⁴

16,15. veniet sicut fur *cfr.* I Th 5,2 et II Pt 3,10 ~ innocens manibus et mundo corde = Ps 23,4 16,16. Hermagedon²...mittit *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, coll. 1135C-D 16,17. exi-vit vox²...reproborum = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1136C

angeli phalias suas effundant secundum distinctionem damnatorum, supponit quid tandem contingat ex effusione illa, scilicet quod, licet damnati repugnant, quasi ab ipsa effusione acceperint incrementum, tamen demerguntur in infernum. 16,19. *Et facta est civitas magna in tres partes*, scilicet propter tres predictas damnationes damnata est Babilon. In tres partes dicit, quia et secundum Iudeos et secundum gentiles et secundum falsos Christianos; per Babilonem accipiuntur hic maiores. *Et cetere civitates gentium ceciderunt*, cetere collectiones gentiliter viventium. In hac damnatione intellexi puniendos pro singulis peccatis, et hoc est: *et Babilon magna venit in memoriam ante Deum*, scilicet recordatus est Deus singula peccata, quorum prius videbatur oblitus, cum non puniret, *dare illi calicem vini indignationis ire eius*, Dei; ad hoc venit, ut daret illis Deus *calicem*, id est penam mensuratam, *vini*, contra delectationes quas habuerant. Penam dico procedentem ab irato et indignante Deo. Tunc dicitur indignatio, quando et gravior pena et perdurans infertur. 16,20. *Et omnis insula fugit et montes non sunt inventi*, etc. Non est inventus aliquis sanctorum inter eos. Per montes, eminentiores virtutibus ut apostolos, per insulas illos accipimus qui contusiones mundi passi sunt; vel ad litteram dicamus, quia tunc neque mons neque insula erit: crematus enim erit mundus. 16,21. *Et grando magna*, scilicet eterna pena que contundet *sicut talentum*, id est ponderosa et ad mensuram. Talentum magnum est centum viginti librarum; medium, septuaginta duarum; minus, quinquaginta. De medio hic dicit, quia peccatores de septuaginta duabus linguis non effugient hanc vindictam. *Descendit de celo in homines et blasphemaverunt homines Deum propter plagam grandinis*. In inferno

distinctionem] dictionem P³ ~ ab²] ex M ~ ex²] in P⁴ ~ effusione] infusione L ~ acceperint] acceperunt P² ~ demerguntur] demergentur P² 16,19. tres¹ om. P³ ~ predictas damnatione] damnationes predictas P² ~ et² om. a Tr ~ gentiles] gentes P³ ~ babilonem] babilon P³ ~ maiores] mares P³ ~ intellexi] intelligit P³ cum ω^g ~ *et hoc est om. ω^g ~ memoriam] memoria P³ ~ quorum] que a Tr ~ videbatur oblitus] ignorare videbatur a Tr ~ illi om. M : ei T ~ vini¹ om. P³ ~ ire om. P ~ *dei om. ω^g ~ ad] et P² ~ venit²] in memoria add. P² P³ ~ vini² om. P² : id est add. P³ cum ω^g ~ mensuratam] id est add. P² : -tam inter lin. Tr 16,20. OMNIS INSULA] id est add. P⁴ ~ etc.] in consensu malorum etc. P³ ~ est inventus] inventus est a Tr ~ *eminentiores om. ω^g ~ *virtutibus] in virtutibus ω^g ~ per insulas illos accipimus qui contusiones] per illos contusiones (*inter lin.*) accipimus qui insulas (*inter lin.*) contentiones T ~ insulas] insulam P² ~ illos accipimus] accipimus illos P² ~ contusiones] contusiones M P Tr ~ sunt] vel aliter omnis insula id est activi qui confunduntur in tribulationibus sed non merguntur montes contemplativi add. P³ 16,21. *eterna pena] pena eterna ω^g ~ contundet] secundum meritum uniuscuiusque add. P³ ~ sicut talentum post ad mensuram a Tr ~ magnum est] est magnum P² ~ *hic dicit] dicit hic ω^g ~ duabas om. P² P³ : *inter lin.* Tr ~ blasphemaverunt] blasphemarunt T ~ homines² om. γ

16,19. |CIVITAS| omne corpus malorumⁱ |MAGNA| multis paleis constansⁱ; ab exordio mundi due civitates fuerunt edificate: una dicitur ab Abel, altera dia-boli a Caim, que *magna* vel propter multitudinem populorum vel propter enormitatem scelerum in tres partes dividi pronuntiatur, non quod et ante divisa non esset, sed quod certum sit ex quibus qualitatibus hominum constet, hoc est paganorum, Iudeorum, hereticorum cum falsis christianis, *et civitates gentium ceciderunt*, gentes in species dividuntur^m |IN TRES PARTES| Iudeos, hereticos, gentilesⁱ |CECIDERUNT| a malo in bonumⁱ |BABILON| ille confusi qui noluerunt converti^j |DARE| ei ut damnaretur secundum mensuram quam Deus ad iracundiam provocavit^m |CALICEM| iudicariam sententiam, calicem dico plenum vini^m 16,20. |OMNIS INSULA| activi qui in fluctibus tunduntur sed non merguntur^{im} |FUGIT| societatem malorumⁱ |MONTES| contemplativi quorum conversatio in celis est^{im} |INVENTI| in consensu malorumⁱ 16,21. |MAGNA| ultioⁱ |SICUT TALENTUM| per merita uniuscuiusqueⁱ |IN HOMINES| inhumane viventesⁱ |BLASPHEMAVERUNT| hominum blasphemie

16,19. dividuntur] dividitur P⁴ ~ iudeos] scilicet in iudeos scilicet P⁴
 16,20. conversatio] conversio L 16,21. ultio *om.* P⁴ ~ per merita] secundum meriti
 tum P⁴

16,19. ab exordio...dividitur = Haimo, *ExpAp*, PL 117, col. 1137A 16,20. conversatio...est *cfr.* Phil 3,20

namque positi et scientes se iuste puniri, dolebunt tamen de potentia Domini, et eum summo odio habebunt, *quoniam magna facta est vehementer.*

CAPUT XVII

17,1. *Et venit unus de septem angelis, qui habebant septem phialas, et locutus est mecum, dicens.* Sicut Iohannes hic habet personam dicentis quantum ad angelum, ita nos debemus habere ad Iohannem. Postquam ostendit plagas quas inferent septem angeli tempore Antichristi et damnationem quam inde patientur impii, monetur ostendere causas ipsius damnationis: et sic monet nos quid modo nobis cavendum sit, quoniam idem diabolus qui tunc aperte capiet, quotidie decipit occulte et ad idem precipitat homines. *Veni, profice intelligendo, ostendam tibi damnationem meretricis magne,* causam damnationis meretricis, qui, Deo relicto, fornicati sunt cum demone. Meretrix ista dicitur Babilon, ideo quia et allicit et seducit, ut Antichristus et alii suo tempore. *Quae sedet super aquas multas,* id est regnat super multos populos. Quidem regnat super populos quos attrahit ad se per luxuriam. Unde Dominus ad Iob: «*Virtus eius*», scilicet diaboli, «*in lumbis eius*». Quoniam viros, quorum seminarium in lumbis est, decipit, et in umbilico, dum mulieres, quarum semen est in umbilico, decipit; unde propheta ad Ierusalem quasi ad meretricem: «*In die ortus tui*», id est hoc tempore seculi, «*non est precisus umbilicus tuus*», id est non refrenasti luxuriam. **17,2.** *Cum qua fornicati sunt reges terre, potentes seculi, et inebriati sunt,* quia sicut ebrios in tantum excecabuntur, ut Deum nec diligent nec timeant, *qui inhabitant terram,* id est glorie terre intenti sunt, *de vino prostitutionis eius,* scilicet de delectatione aperte fornicationis.

tamen *om.* P⁴ ~ odio habebunt] habebunt odio α Tr ~ FACTA] MAGNIFICATA P⁴

17,1. habebant] habebat P³ ~ PHIALAS] PLAGAS L ~ inferunt L ~ septem³ *om.* α Tr ~ angeli tempore antichristi *p.c. a.m.*, tempore antichristi angeli *a.c.* T ~ modo nobis] nobis modo L T ~ nobis *inter lin.* P ~ modo nobis cavendum sit] nobis cavendum sit modo P³ ~ aperte capiet] capiet aperte P² ~ ostendam] ostendit P³ ~ meretricis magne] magne meretricis P² ~ causam damnationis *om.* P⁴ ~ meretricis²] malorum P³ ~ ideo *om.* L α Tr ~ et⁶ *om.* P⁴ P³ ~ multas *om.* P² ~ super²] omnes *add.* et *post del.* T ~ *multos *om.* ω^g ~ quidem] id est P⁴ ~ quidem...populos² *om.* α Tr ~ super³] multos *add.* P⁴ ~ populos multos T ~ scilicet] id est α Tr ~ quoniam²] quia P⁴ : quando P³ ~ viros] vires P⁴ ~ in umbilico¹ *om.* P³ ~ die] tempore α Tr ~ tui] sui P ~ *id est³] in *add.* ω^g **17,2.** sunt¹ *om.* P² ~ in tantum] interim α Tr ~ diligent nec timeant] timeant nec diligent T ~ *id est *om.* ω^g ~ de² *om.* P³

17,1. Virtus eius in lumbis eius = Iob 40,11 ~ In die...tuus = Ez 16,4

patuerunt, revelante Deo occulta hominumⁱ |PROPTER PLAGAM GRANDINIS| examinante eos tempestateⁱ |QUONIAM MAGNA FACTA EST| omnes paleas ad ignem expellensⁱ

17,1. |ET VENIT| hic incipit sexta visio secundum Bedam: in qua visione ostenditur beato Iohanni damnatio magne meretricis, id est collectionis infidelis populi ut inter sanctam Ecclesiam aliquantulum confortetur et sic ad bellum fortius accingatur^m; hic reddit ad premissaⁱ; prescripta sua michi notificavit Augustinus vel aliquis de predictoribusⁱ |UNUS| Iohannes hic habet personam omnium fideliumⁱ |VENI| crede et sic intelliges malorum supplicia qui recedendo a Deo fornicati sunt^{im} |MERETRICIS MAGNE| Rome vel congregationis infidelium et tota sequens littera convenit utriusque sententieⁱ; id est Babilonⁱ |SEDET| damnaturⁱ |SUPER AQUAS| populosⁱ 17,2. |CUM QUA| ad exemplum cuiusⁱ |FORNICATI SUNT| Deum negando et idola colendo vel nimis terrena diligendo |REGES| maioresⁱ |INEBRIATI SUNT| dementati suntⁱ |INHABITANT| omnes querentes terrenaⁱ; minoresⁱ |DE VINO| de ferventi poculoⁱ |PROSTITUTIONIS EIUS| luxurie vel fornicationis eiusⁱ

expellens] impellens P⁴

17,1. id est babilon *om.* L ~ populos *om.* P⁴ 17,2. cuius] diligendo *add.* P⁴ ~ idola] idolum P⁴ ~ diligendo *post* cuius *transposuit* P⁴ ~ vel^t *om.* P⁴ ~ REGES] in re *add.* P⁴ ~ de ferventi poculo *om.* P⁴

17,1. hic...secundum Bedam *qfr.* Beda, *ExpApC*, p. 463, r. 1

17,3. *Et abstulit me in spiritu in desertum*, scilicet ut viderem reprobos qui sunt deserti a Deo. *Et vidi mulierem*, scilicet Babilonem, quia hi et molles sunt et seducti velut Eva. *Sedentem super bestiam*, et hi habent fundamentum diabolum per quem operantur, *coccineam*, id est sanguineam, quia sanguinem sanctorum fundit, quia eloquia Dei male intelligere facit. *Plenam nominibus blasphemie*, quia dicunt mala que faciunt Deo non displicere. *Habentem capita septem*, id est quinque sensus, quibus consentiendo seducimur et quibus solis vita puerilis regitur. *Sextum caput error*, ut in his qui possunt ratione uti, *septimum caput Antichristus*; per que septem diabolus dicit homines ad peccatum. *Et cornua decem*, decem regna, que erunt tempore Antichristi, per que alia intelliguntur. Bestia talis erat. 17,4. *Et mulier*, sedens talis, *erat circumdata purpura*, scilicet regali ueste; per quod notatur potentia eius, *et coccino*, quia occidunt nolentes sibi assentire, *et inaurata auro*, quia videbuntur illuminati divina sapientia vel etiam mundana, que pretiosior res est inter mundana, *et lapide pretioso*, lapidem pretiosum accipit caritatem quam fingunt se habere, sicut carbunculus pretiosior est inter lapides, *et margaritis*, per margaritas alias virtutes, quas fingunt se habere. *Habens poculum aureum in manu sua*, id est divinas Scripturas, quibus potantur fideles ad salutem, quas habent *in manu*, scilicet in pravis expositionibus, vel quia fingunt se bene operari. *Plenum abominatione et immunditia fornicationis eius*, quia docent secundum suas expositiones immundias multas et fornicari cum demone; per quod separantur a bono, quia finis eorum malus est. 17,5. *Et in fronte eius scriptum: Misterium*, scilicet in aper-to habent signum, quod rudibus est misterium, sed sapientibus aperta cognitio. Et est quedam confortatio fidelibus, ne ab ipsa seducantur, in qua talia

17,3. sunt deserti] deserti sunt α Tr ~ quia¹ om. P² ~ hi et] et hi P² ~ hi¹...et⁵ om. P³ ~ *et³ om. ω^g ~ fundit] fudit α Tr ~ quia³] vel α Tr ~ *dei] domini ω^g ~ dicunt mala om. P⁴ ~ displicere] vel aliter plenam nominibus blasphemie redundantem diversis heresis ad blasphemandum deum add. P³ cum ω^g ~ id est² om. α Tr ~ sensus] in add. P⁴ ~ *consentiendo seducimur] seducimur consentiendo ω^g ~ *regitur] ducitur ω^g ~ caput¹] et add. P³ ~ error¹] errorum P² ~ ducit] seducit P⁴ ~ homines om. P² ~ peccatum] peccandum P³ ~ *bestia erat talis] bestia talis erat ω^g 17,4. et¹] id est P² : om. P³ T ~ et¹...erat in marg. Tr ~ sedens talis om. α Tr ~ talis om. P⁴ ~ *scilicet¹] circumdata add. ω^g ~ nolentes sibi] sibi nolentes P² ~ assentire] consentire α Tr ~ res om. P⁴ ~ est¹ om. L ~ *pretiosior² om. ω^g ~ margaritas] accipit add. α Tr ~ *alias om. ω^g ~ quibus] quo L P² : qua P⁴ ~ fingunt²] vere mentebantur ω^g ~ manu²] sua add. T ~ scilicet² om. P³ ~ se³ om. α Tr ~ plenum] plenam P² ~ abominatione et immunditia] abominationum et immundicie α Tr ~ docent] docens P² ~ a bono] a bonitate dei P² ~ eorum] illorum P² ~ est⁴ om. ω^g 17,5. eius inter lin. P ~ scilicet¹ om. L : in mente vel in manifestis operibus vel add. P³ cum ω^g ~ habent] habet P³ ~ *est¹ om. ω^g ~ misterium sed sapientibus non legitur P³ ~ est² om. P³ cum ω^g

17,3. [ET ABSTULIT] id est promovit me *in desertum*, id est ad hoc ut per illam meretricem intelligerem congregationem infidelium que est deserta divinitatis absentia, cuius divinitatis paradisus est presentia. Me dico entem in spiritu vel promovit me ad hoc ut intelligerem *desertum*, id est celestia, unde dicitur: «Relictis nonaginta novem ovibus in deserto, vadit ad illam que perierat»^m [MULIEREM] malorum collectionem mollientem et effeminantem virilem animumⁱ [SEDENTEM] fundatamⁱ [BESTIAM] diabolumⁱ [PLENAM NOMINIBUS BLASPHEMIE] redundantem diversis heresis ad blasphemandum Dominumⁱ [HABENTEM] ut ipsemet in sequentibus exponitⁱ [CAPITA SEPTEM] decem regna que erunt tempore Antichristi per que alia intelligunturⁱ 17,4. [CIRCUMDATA] regia dignitate ornataⁱ [COCCINO] quia fingebant se habere caritatemⁱ; rubeo colore^m [INAURATA] quia usurpabit sibi perfectionem sapientie^{mi} [LAPIDE PREIOSO] dicebat se ful-tam soliditate virtutumⁱ [MARGARITAS] iactabat se esse plenam varietatem bonorum operumⁱ [HABENS POCULUM] dicendo etiam se habere perfectam doctrinamⁱ [IN MANU SUA] in operibus vel in potestateⁱ [PLENUM] et licet dicat poculum suum esse aurum, tamen est plenumⁱ [ABOMINATIONE] idolatria, nulla enim peior abominatio quam creatorem relinquere et idola adorareⁱ [FORNICATIONIS] luxurieⁱ 17,5. [ET IN FRONTE EIUS] in mente vel in manifestis operibusⁱ

17,3. deserta *om.* P⁴ ~ entem *fors.* *corrigendum* euntem ~ malorum...animum *om.* P⁴ ~ erunt] in *add.* P⁴ 17,4. rubeo colore *om.* L ~ varietatem] virtutum *p. c.* P⁴ ~ dicendo...doctrinam *om.* P⁴ ~ esse aurum] aurum esse P⁴ 17,5. in mente...operibus *om.* P⁴

17,3. id est promovit...presentia = Beda, *ExpApc*, p. 465, rr. 13-4 ~ Relictis...perierat *qfr.* Lc 15,3-6 et Haimo, *ExpApc*, PL 117, col 1142A

manifeste vident. *Babilon magna*, id est confusio, *mater fornicationum*, propo-
nentes se exemplum peccandi, pro quibus ab homine boni repelluntur, *et abo-*
minationum terre. 17,6. *Et vidi*. Posita causa damnationis, ponit et ipsam dam-
nationem, ac si diceret: Vidi peccantem, vidi et pro peccato damnatam. Et hoc
est: *vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum*, ebriam dicit quia sumitur vin-
dicta de effusione sanguinis, ut pre nimiis doloribus nesciat iam ubi sit, *et de*
sanguine martyrum Iesu maiorum, scilicet qui non timent testari Christum esse
Deum. *Et miratus sum cum vidi sem illam admiratione magna*. Hic habet perso-
nam illorum qui, cum vident malos in mundo exaltatos, mirantur cum
audiunt que pene eis promittuntur et, cum ita sint puniendi, quare Deus per-
mittit eos exaltari. Sed docentur intelligere illam exaltationem datam ad
maiores excepcionem. 17,7. *Et dixit michi angelus: Quid miraris? Noli mirari*,
sed intellige quid sit. *Ego dicam tibi sacramentum mulieris et bestie que portat eam*,
id est qua re puniantur mali et diabolus qui eos peccare facit; quod non patet
nisi doctis. *Que habet capita septem et cornua decem*. 17,8. *Bestia quam vidisti*, id
est diabolus qui facit homines bestiales, *fuit*, scilicet regnavit ante adventum
Christi, *et non est*, nato Christo, vis sua periret, *et ascensura est de abyso*, quia tem-
pore Antichristi potestatem recipiet et habebit locum in malos. *De abyso*, de
profundis in vitiis, *et in interitum ibit*, quoniam, mortuo Antichristo, iam non
habebit locum. *Et mirabuntur inhabitantes terram*, dolebunt namque mali cum
suam potestatem, que tanta fuit, sic annichilatam videbunt, *quorum non sunt*
scripta nomina in libro vite a constitutione mundi, qui non sunt prescriti ad salutem
in eterna prescientia Dei. *Videntes bestiam que erat et non est*, que potuit ante

manifeste *in marg.* P ~ *id est] magna add. ωg : om. a Tr P³ ~ fornicationum] id est
lu<xurie> add. P³ cum ωg ~ proponentes] esse add. P² : non legitur P³ ~ se om. P² : non
legitur P³ ~ *peccandi om. ωg ~ ab homine boni] a deo boni P⁴ : terreni a salute fide-
lium a Tr^{p. r.} 17,6. et vidi posita cau- non legitur P³ ~ posita] predicta P² ~ -tionem
ac si diceret non legitur P³ ~ *et³] etiam ωg ~ damnatam] damnatum T ~ *et hoc est
om. ωg : non legitur P³ ~ vidi⁴ non legitur P³ ~ sanctorum] sci<licet...>iuum add. sed non
legitur P³ ~ quia] sic add. P⁴ ~ iam om. P² ~ ubi sit et de non legitur P³ ~ testari chris-
tum] christum testari a Tr ~ esse deum] deum esse a Tr ~ *eis] illis ωg ~ promit-
tuntur] promittantur P⁴ ~ eos] sic add. L : ita add. P⁴ 17,7. angelus] deus *inter lin.*
P³ cum ωg ~ quid²] quod γ ~ tibi om. P³ ~ puniantur] puniuntur a P³ Tr ~ eos...dia-
bolus (Apc 17,8) om. P³ ~ capita septem] septem capita T Tr 17,8. scilicet om. a
P³ Tr ~ ante *inter lin.* a.m. T ~ adventum non legitur P³ ~ *nato] enim add. ωg : id
est add. P³ ~ in¹ om. L P³ ~ malos] malum L ~ et habebit locum *post* de profundis in
vitiis *transposuit* P⁴ ~ abyso²] id est add. P² P³ ~ *in² om. ωg : *inter lin.* Tr ~ ibit]
ABIIT L ~ quoniam...locum om. P⁴ ~ mortuo om. L ~ antichristo] antichristus L ~
INHABITANTES] OMNES HABITANTES P⁴ ~ terram] terrena a<man>tes add. P³ ~ vide-
bunt] viderint et *post* cum P³ cum ωg ~ prescientia] presentia γ ~ potuit] potentiam
habuit a Tr (habuit *inter lin.* Tr)

|BABILON| nomenⁱ |MATER| misteriumⁱ |FORNICATIONUM| id est luxurieⁱ |ABOMINATIONUM| idolatrieⁱ 17,6. |MULIEREM| congregationem infidelium vel Romamⁱ |EBRIAM| divinitus execatam propter effusum vel refectamⁱ |SANCTORUM| apostolorumⁱ |MIRATUS SUM| cur non averteret interitum animiⁱ 17,7. |ANGELUS| Deusⁱ 17,8. |FUIT| id est ante adventum Christi magnam habuit potestatem vel *fuit*, id est in membris suis iam apparuit *et non est*, quia per semet ipsum nondum venit^m |ET NON EST| sed modo non tantam habet potestatemⁱ |ET ASCENSURA EST| et licet non habeat tantam potestatem modo quantum habuit prius, tamen est *ascensura de abysso*, id est erit exaltatus per eos qui profundissimi erunt in peccatis^m |IN INTERITUM| postea cito in interitum ibit cum suis membris et tamenⁱ |MIRABUNTUR INHABITANTES| omnes terreniⁱ |QUORUM NON SUNT| qui non sunt predestinati ad vitamⁱ |VIDENTES BESTIAM|

id est *om.* P⁴ 17,6. vel romam *om.* P⁴ ~ effusum] scilicet *add.* L 17,8. tantam
om. P⁴ ~ cito in interitum] in interitum cito P⁴ ~ *qui*² *om.* P⁴

tempus Christi, cuius potentiam mors Christi destruxit. 17,9. *Et hic est sensus*, scilicet in consideratione eterne pene est exercendus sensus sapientis, ut ostendat potentiam negligendam, ex qua provenit pena et damnatio eterna. *Qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt super quos mulier sedet*, quia per hec septem elevat diabolus homines in superbiam, *et reges septem sunt*. Hi idem sunt qui montes, sed reges dicuntur propter potentiam secularem. 17,10. *Quinque ceciderunt*, assentio quinque abiit cum infantia, *et unus est*, id est error qui manet nobiscum etiam in matura etate, *et alius nondum venit*, id est Antichristus, qui maxime coget ad peccandum. Adam si in obedientia perstitisset, sensibus corporis ad nullam delectationem uteretur magis in aliquo quam in omnibus. Sed ex suo peccato ita corrupti sunt sensus, ut iam naturale sit levia tactu, sapora, canora, odorifera, visu pulchra querere. Hi sunt quinque reges per quos diabolus homines in pueritia regit, quia ipse fuit causa qua re corrumperentur. Hi sunt quinque viri Samaritane: in iuventa seducit error; nam postquam discretionem habet, si peccat, iam non sensibus, sed errori deputatur, de quo Dominus: «Et nunc quem habes non est tuus vir». Habemus etiam hos quinque reges in quinque regibus quos vicit Abraham. *Et cum venerit oportet eum breve tempus manere*, quedam confortatio est, ac si diceret: Ne cedatis ei. 17,11. *Et bestia que erat et non est et ipsa est octava et de septem est*, de septem est quia diabolus et similiter peccat et similiter puniebat.

tempus christi om. P² 17,9. eterne om. P³ cum ω^g ~ sensus sapientis] sensus P² P³ ~ *ostendat] attendat ω^g ~ *provenit] proveniat ω^g ~ eterna] sempiterna P⁴ ~ mulier sedet] sedet mulier M ~ quia...superbiam om. P⁴ ~ sed] et α Tr 17,10. assentio] ascensio T Tr ~ abiit om. P³ ~ *infantia] non enim hi sensus add. ω^g ~ est¹ om. α Tr ~ id est¹ om. α Tr ~ qui¹ om. P⁴ ~ id est² om. α Tr ~ peccandum non legitur P³ ~ in² inter lin. Tr ~ corporis ad non legitur P³ ~ *delectationem] voluptatem ω^g ~ aliquo quam in omnibus non legitur P³ ~ *ex] in ω^g ~ ita om. P² ~ sensus om. T ~ ut iam naturale non legitur P³ ~ *sapora] sopora ω^g : gustu add. T ~ odorifera om. M P Tr : auditu add. inter lin. T ~ diabolus] in add. P⁴ : diabolus homines in non legitur P³ ~ causa] fuit add. P⁴ ~ causa qua re corrumperentur non legitur P³ ~ *samaritane] samaritani ω^g ~ *seducit error] succedit error ω^g : seducit error vel succedit M : seducit vel succedit error P : vel succedit inter lin. T Tr ~ discretionem...errori non legitur P³ ~ *et³ om. ω^g ~ nunc quem] quem nunc P³ cum ω^g ~ non est tuus vir non legitur P³ ~ vir om. P² : inter lin. Tr ~ in quinque regibus] in his regibus L : in illis regibus P⁴ ~ regibus...abraham non legitur P³ ~ abraham] genesis xiiii add. a.m. P⁴ ~ cum venerit] convenerit T Tr ~ EUM] ILLUM L ~ breve tempus manere] manere breve tempus α Tr ~ diceret] dicat P³ ~ ne] non P³ ~ ei om. α Tr : non legitur P³ 17,11. et bestia que non legitur P³ ~ octava¹] septem P³ ~ de septem est om. P³ ~ *et⁵ om. ω^g

17,10. Et nunc...vir = Io 4,18

regnum diaboli ad tantam invalitudinem redactumⁱ 17,9. |HIC| id est in consideratione amissionis regni diaboli est habendus sensus, quia per illam amissionem debemus intelligere nostram reparationem vel *bis*, id est in sequentibus verbis est adhibendus sensus illi qui habet sapientiam^m |SEPTEM MONTES| id est septem criminalia vitia sunt, quibus homines elevantur contra Deum^{im} |SEPTEM REGES SUNT| et septem capita sunt, scilicet *reges*, id est septem damnationes succedentes per septem stata etatumⁱ 17,10. |QUINQUE| et quintus status ab Adam usque ad Christum, scilicet Adam, Noe, Abraham, Moyses, prophete^m |ET UNUS| status gratieⁱ 17,11. |ET BESTIA| diabolus qui dominabatur humano generi ante adventum Christi et non adeo dominaturⁱ |OCTAVA EST ET DE SEPTEM EST| dominabitur super malos ex toto in octavo statu et licet

17,10. prophete] ceteri *add.* P⁴ ~ UNUS] id est *add.* P⁴ 17,11. diabolus...christi *bis*
repetitur in P⁴ ~ et¹] modo *add.* P⁴ ~ et³ *om.* P⁴

Octava est, quia omnes transcendet in nequitia et in pena. Et in interitum vadit. 17,12. *Et decem cornua que vidisti decem reges sunt, tempore Antichristi, ut Daniel dicit. Erunt decem regna principaliter Antichristo adherentia, quorum reges notantur in cornibus propter elationem et impugnationem, qui regnum nondum acceperunt, licet autem illi nondum regnent, indicia tamen eorum precedunt in multis, sed potestatem tamquam reges, quia non vere reges, sed tiranni. Una hora, et quia tempus breve est, resistite, numquam cedatis ei. Accipient post bestiam, non prius tempore, sed ut sequaces et inferiores eo.* 17,13. *Hi unum consilium habent, negandi Christum, in quolibet malo consentiendi, et virtutem, quam ex propriis viribus habent, et potestatem suam, quam ex subditis, bestie tradunt, quia Antichristo omnia attribuunt.* 17,14. *Hi cum Agno pugnabunt, verbo et opere, ut seducant ei fideles suos, et Agnus vincet illos, dando suis constantiam et alios tandem excecando. Quoniam Dominus dominorum est, utens etiam malis ad utilitatem et purgationem suorum. Et Rex regum, et ideo etiam vincet reges terre, quoniam pretiosam habet familiam; et hoc est: et qui cum illo sunt vocati, per predicatorum, electi, ab eterno, et fideles, in custodia fidei et operum executione.* 17,15. *Et dixit michi: Aquas quas vidisti ubi meretrix sedet, scilicet Babilon vel Antichristus, qui iam regnat per ministerium, populi sunt, id est fluitantes in vitiis, et gentes, ex omni hominum gente collecti, et lingue.*

octava² ...omnes *non legitur* P³ ~ trascendet] trascendit P³ : et add. P³ *cum ωg* ~ in interitum vadit *non legitur* P³ ~ in³ om. Tr ~ vadit] vel aliter de septem est septem sunt reproborum <partes vel propter> septem id est a<...vit>ia vel propter septem mundi etates <diabolus vero> eorum semptem pars et tamen de septem quia <de malorum societa>te add. P³ *cum ωg* 17,12. *vidisti inter lin.* Tr ~ reges sunt] sunt reges T Tr notantur in *non legitur* P³ ~ elationem et impugnationem] impugnationem et elationem L ~ regnum nondum acceperunt *non legitur* P³ : regnum acceperunt nondum T ~ regnent] regnum acceperint a Tr ~ indicia] iudicia L : *non legitur* P³ ~ tamen eorum] eorum tamen P² ~ tamquam reges quia *non legitur* P³ ~ et quia tempus *non legitur* P³ ~ resistite: restitite M^{a.c.} : P ~ *numquam cedatis ei om. ωg ~ post...prius *non legitur* P³ ~ eo] et add. P² 17,13. propriis] primis P² ~ consentiendo] consentiendo P⁴ : *non legitur* P³ ~ ex²] in P³ ~ subditis] exercent add. P³ ~ *TRADUNT] TRADENT ωg ~ *attribuunt] tradunt ωg 17,14. agno] christo add. *inter lin.* P³ ~ suis] illis P⁴ ~ tandem om. P⁴ ~ dominus *inter lin.* Tr ~ etiam malis] malis etiam P³ ~ ideo etiam] etiam ideo P³ ~ habet familiam] familiam habet P⁴ ~ *et hoc est om. ωg ~ ab eterno *inter lin.* T ~ executione] executionem P² 17,15. *regnat*] regna T ~ ministerium] misterium a Tr^{b. c.} : <...> iudei add. sed *non legitur* P³ ~ populi...id est *non legitur* P³ ~ *fluitantes] fluctuantes ωg ~ hominum gente] gente hominum P³ ~ *gente] genere ωg : *in marg.* P²

17,12. ut Daniel *cfr.* Dn 7

dixerim *octava est*, tamen dominabitur in septima etate, id est et tempore Anti-christi vel in primo et secundo et tertio et quarto et quinto et sexto et septimo statu et tamen *in interitum vadit^m* |DE SEPTEM EST| septem sunt reproborum partes vel propter septem vitia vel propter septem mundi etates. Diabolus vero octava pars, eorum caput est et tamen *de septem* quia de malorum societate^{im} 17,12. |DECEM CORNUA| temporibus Antichristi, ut Danielis liber testatur, quatuor regna erunt. Sed quartum maius erit omnibus et devorabit universam terram. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt, ex quibus ille tres interficiet reges, videlicet Egypti, Africe, Ethiopie, ceteri autem subdent se illi et *una hora*, id est parvo tempore regni sui secundi ab illo in honore erunt^m |ACCEPERUNT| tempore huius visionisⁱ |POTESTATEM| ab Antichristoⁱ |UNA HORA| quia parvo tempore regnabuntⁱ |ACCEPERUNT| eundoⁱ 17,13. |HII| adversus Christumⁱ; Perse, Saraceni, Vandali, Gothi, Longobardi, Burgundiones, Franci, Huni, Alani, Avari^m |VIRTUTEM| quantum ad animamⁱ |POTESTATEM| quantum ad corpusⁱ |TRAENT BESTIE| ab ea recognoscentⁱ 17,14. |CUM AGNO| cum Christo et suisⁱ |SED AGNO VINCET| per patientiam sanctorum vel cum posuerit inimicos suos scabellum pedum suorum^m |DOMINORUM| suorum omnium sanctorumⁱ |VOCATI| postea vocatiⁱ |ELECTI| predestinati sunt ad vitamⁱ 17,15. |ET DIXIT| superius dixit: michi septem capita septem montes sunt et postea^m |AQUAS QUAS VIDISTI| ubi MERETRIX| quibus illa corrupta preestⁱ |POPULI| Iudeiⁱ |GENTES| gentilesⁱ

octava pars eorum caput est] caput eorum octava pars est P⁴ 17,12. danielis]
 daniel P⁴ ~ reges *correx*: regem *codd.* 17,13. adversus Christum *om.* L ~ eo] ea P⁴
 ~ vandali *correx*: ualandi P⁴ ~ perse...avari *om.* L ~ ea] eo L 17,14. cum posuerit
 composuerat P⁴ ~ VOCATI] et *add.* P⁴

17,12. temporibus...erunt = Haimo, *ExpAp*, PL 117, coll. 1147C-D 17,14. ini-
 micos...suorum *cfr.* Ps 109,1

17,16. *Et decem cornua que vidisti in bestiam hi odient fornicariam*, et ideo vos nolite conformari ei, quia hi qui modo adherent, tandem dolebunt, et odient bestiam, scientes se fuisse seductos per eam. *Et desolatam facient illam*, quia solacium quod modo faciunt ei tandem cessabit, *et nudam*, quia imperium eius quod per ipsos excreverat, iam non habebit locum. *Et carnes eius manducabunt*, id est tormentabuntur pro delectationibus eius quas consecuti sunt. *Et ipsam igni cremabunt*, quia ipsi erunt causa quod diabolus puniatur, quoniam per ipsum decepti sunt. 17,17. *Deus enim*, quasi dicat: Et cum talem sciant finem, quare sequuntur eum? Excecauit enim Deus eos malis meritis eorum; et hoc est: *Deus enim dedit in corda eorum ut faciant quod placitum est illi*, scilicet diabolo, *ut dent regnum suum bestie*, ita faciunt quod placitum est bestie illi, quoniam permittunt se regimini diaboli, *donec consummentur verba Dei*, scilicet donec compleantur que promissa sunt de premio bonorum et malorum, scilicet donec separantur boni a malis. 17,18. *Et mulier quam vidisti est civitas magna*, multitudo magna munita omni prava obstinatione, *que habet regnum terre*, quia dominatur potentibus seculi et compellit in elationem magnam.

CAPUT XVIII

VISIO SEXTA

18,1. In hac sexta visione agitur de penis ultimis quas patientur impii in inferno pro singulis peccatis; et primum ostendit de Babilone et in ea ostendit

17,16. bestiam^{2]}] dolentes et α Tr ~ fuisse seductos] seductos esse L : fuisse subductos P⁴ ~ facient] faciat P² ~ illam] eam P³ ~ tandem^{1]}] tantum P² ~ *faciunt ei] scilicet seductio add. L P⁴ ~ *tandem^{2]}] tunc ω^g ~ excreverat] exercuerat P³ ~ habebit] habet P² ~ et carnes eius in marg. Tr ~ *id est om. ω^g : inter lin. Tr ~ cremabunt] crema-buntur P² ~ *quod^{3]}] quare α Tr ~ quoniam] quia P² ~ sunt^{2]} vel illius <...>e satia-buntur add. sed non legitur P³ 17,17. deus enim quasi dic- non legitur P³ ~ enim^{1]} dedit add. P ~ quasi dicat om. L P ~ dicat] diceret P² ~ *eum] eam ω^g ~ enim² om. P⁴ ~ deus eos] eos deus P⁴ α Tr ~ *et hoc est om. ω^g ~ deus enim dedit in non legitur P³ ~ PLACITUM EST ILLI] ILLI PLACITUM EST P⁴ ~ scilicet diabolo ut non legitur P³ ~ dent] det α Tr ~ *bestie² om. ω^g ~ faciunt] facient P² ~ placitum... quoniam non legitur P³ ~ regimini] regnum γ ~ donec¹... dei non legitur P³ ~ promissa sunt non legitur P³ ~ de premio om. P² : om. vel fors. non legitur P³ ~ donec³ inter lin. Tr ~ boni a malis non legitur P³ 17,18. quam] que P² ~ magna^{1]}] id est add. α Tr ~ multitudo magna om. P² P³ : potentium add. γ : potentum T Tr ~ multitudo] prava add. et post del. P² ~ potentibus seculi om. α Tr ~ elationem magnam] elatione magna α Tr : explicit v visio incipit VI visio add. inter lin. M

18,1. *impii om. ω^g ~ et^{1]}] ut P² ~ de babilone et in ea ostendit om. P³ ~ *ostendit^{2]}] discernit ω^g

17,16. |CORNUA| regesⁱ |IN BESTIAM| diabolo inherentesⁱ |ET ODIENT FORNICARIAM| Romam ubi magis viguit idolatria, vel congregrationem infidelium exemplo quorum fornicati suntⁱ |ET DESOLATAM| realiter Romam et ita per totam litteram sequentem si legas de Roma, vel dignam desolatione iudicabunt^{im} |CARNES| illius damnationeⁱ |MANDUCABUNT| saturabunturⁱ |IGNI CREMABUNT| dignam combustione dicentⁱ 17,17. |DEDIT| premisit voluntati eorumⁱ |DEUS ENIM| Antipophora: ergo salvabuntur non quia dum in hoc mundo fuerunt diabolo servierunt^m |PLACITUM| bestieⁱ |REGNUM SUUM BESTIE| gratias agentes et virtutem suam illi referentesⁱ |VERBA DEI| predicta a prophetis in fine mundiⁱ 17,18. |CIVITAS| congregatio infideliumⁱ |MAGNA| enormitate vitiorumⁱ

18,1. |ET POST HEC VIDI| si dicatur de Roma hoc modo continuabis litteram. Postquam ostendit mala que venient Rome in hoc seculo, vult ostendere damnationem quam habebit in futuro. Vel si legatur de collectione infidelium, hoc modo legitur: postquam ostendit damnationem meretricis magne, vult

17,16. idolatria] idolatriam L ~ desolatione] desolationem L 17,17. PLACITUM]
illius *add.* P⁴ ~ referentes] ferentes P⁴

18,1. si] sic P⁴ ~ collectione infidelium] infidelium collectione P⁴

diversos ordines, postea de Antichristo et pseudoprophetis, deinde de ipso diabolico. Et est visio aperte divisa ab his in quibus damnatio malorum ostenditur, cum hic non damnatio, sed pene que damnationem sequuntur, ostendantur. Et ideo si quid de damnatione malorum ostendatur, non est superfluum, quia ad aliud inducetur. Cum autem has penas executurus sit, ostendit Christum potentem hoc facere, et etiam hoc ipsum Christum annuntiantem, ut maior fides habeatur. *Et post hec vidi alium angelum, Christum, descendente de celo,* humiliantem se ad cognitionem hominum ex cognitione angelorum, vel ad assumptionem carnis de equalitate Patris, *habentem potestatem magnam,* et secundum divinitatem et humanitatem, unde dicitur: *Data est michi omnis potestas in celo et in terra.* Quod tam potens dicit potest efficere. *Et terra illuminata est,* id est Ecclesia, pulsis tenebris ignorantie, *a gloria eius,* a gloriosa predicatione. 18,2. *Et clamavit, annuntiavit, in forti voce,* quia quod dixit, ad effectum duxit, *dicens: Cecidit, cecidit Babilon,* repetitio notat duplarem casum, scilicet corporis et anime, vel infinitum casum; *magna,* quia multos amplectitur. Premittit causam ruine, *et facta est habitatio demoniorum,* demonium est collectio demonum. *Et custodia omnis spiritus immundi,* quia custodit in se diabolum obediendo ei in pravis actibus; *et custodia omnis volucris,* id est tunc comparatur volucris diabolus, quoniam facit aliquem efferre se et superbire de immunditia sua; 18,3. *quia de ira fornicationis eius,* id est fornicatione pro qua irascitur Deus, *biberunt omnes gentes et reges terre,* scilicet potentes seculi *cum illa fornicati sunt et mercatores terre,* ad litteram vel dicantur mercatores omnes qui vendunt animas suas pro his secularibus; *de virtute deliciarum eius,* id est de effectu deliciarum, id est de peccato, unde dicitur: Omnis dives vel iniquus, vel heres iniqui, *divites facti sunt.*

*divisa] diversa ω^g ~ ostendantur] ostenduntur α Tr ~ *ostendatur] inducatur ω^g ~ etiam hoc] hoc est iam T ~ hoc ipsum christum annuntiantem] ipsum christum hec annuntiantem L : christum ipsum annuntiantem P⁴ : ipsum christum hoc annuntiantem P³ ~ ut] sit add. α Tr ~ habeatur om. α Tr ~ ALIUM om. L ~ angelum] scilicet add. P² P³ : inter lin. Tr ~ angelum christum] christum angelum P² ~ *christum³] carnem assumentem add. ω^g ~ ad³ inter lin. T ~ equalitate] equalite P ~ *et⁹] secundum add. ω^g ~ omnis potestas] potestas omnia a.c. P ~ tam om. P³ ~ potens] petens a.c. Tr ~ *efficere] ecclesia ω^g ~ pulsis tenebris] pulsit tenebras L ~ a² om. P² P³ : id est T 18,2. FORTI VOCE] FORTITUDINE EIUS L ~ duxit] perduxit α Tr ~ babilon] mundana confusio add. P³ ~ quia²] qui P³ ~ actibus] operibus et custodia omnis P³ ~ *OMNIS VOLUCRIS] IMMUNDE ET ODIBILIS ω^g : omnis spiritus immundi P² ~ volucris] volucris P ~ *id est om. ω^g ~ quoniam] quando P³ ~ efferre] offerre P⁴ ~ se² om. P³ 18,3. fornicationis] fornicatio est P³ ~ id est¹] de P⁴ ~ deus] exemplo illius add. P³ ~ biberunt om. P³ ~ scilicet potentes seculi cum illa fornicati sunt et mercatores terre] cum illa fornicati sunt et mercatores terre scilicet potentes seculi T Tr ~ *seculi] et ideo etiam odibilis add. ω^g ~ mercatores²] terre add. P³ ~ *omnes²] illi add. ω^g ~ secularibus] et add. P³ ~ deliciarum] deliciarum P ~ id est²⁻³ om. α Tr

tractare de iudicio^m; quasi in alia visioneⁱ |DESCENDENTEM| ad iudiciumⁱ |POTESTATEM MAGNAM| unde Daniel: «Potestas eius, potestas eterna»^m |GLORIA| presentiaⁱ 18,2. |DICENS| «Ite maledicti in ignem eternum»ⁱ |CECIDIT CECIDIT| corpore et animaⁱ |BABILON MAGNA| hoc generaliter ad omnes malos pertinet, qui primitus ceciderunt per Evangelium, postea per iudiciumⁱ; iniquitate sua confusaⁱ |FACTA EST| cognita estⁱ |HABITATIO DEMONIORUM| diaboli dicuntur demones propter malitiam, spiritus immundi propter carnis illecebras^m |CUSTODIA| immundi spiritus custodiunt eam, ne laqueos eorum evadatⁱ |VOLUCRIS| volucres propter mentis elationemⁱ 18,3. |QUIA| et hoc ideoⁱ |IRA FORNICATIONIS| id est vindictam peccatorum eius omnes gentes sustinebuntⁱ |OMNES GENTES| generaliter ad omnes malos pertinet qui primitus ceciderunt per Evangelium, postea per iudicium^m |FORNICATI SUNT| exemplo illiusⁱ |MERCATORES| illi qui pro terrenis diabolo animam suam vendiderunt^m |DIVITES FACTI SUNT| redundantes avaritia, luxuria, superbia et aliis huiusmodi et ideo vindictam cum illa sustinebunt^{im}

18,2. corpore et anima *om.* L ~ hoc generaliter...iudicium *om.* P⁴ 18,3. ideoⁱ] odibilis *add.* P⁴ ~ generaliter...iudicium *om.* L ~ illius] eius P⁴ ~ illi...facit *om.* L ~ vindictam] sanguinis *add.* P⁴ ~ cum illa sustinebunt] sustinebunt cum illa P⁴

18,1. Potestas...eterna = Dn 7,14 18,2. Ite...eternum = Mt 25,41

18,4. *Et audivi.* Ponit admonitionem, quia si nunc non sumus de illis, nec tandem damnabimur cum illis. *Aliam vocem,* Christi inspirationem vel predicationem, *de celo dicentem:* *Exite de illa, populus meus,* opera eorum ne faciatis, *et ne participes siti delictorum eius,* nec consensum adhibeatis. Assensum prebent qui laudat et adulatur, et qui corrigere debet et non facit. *Et de plagis eius non accipiatis,* et tunc non eritis participes penarum; quas plagas ideo recipient, 18,5. *quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum,* id est ad contemptum Dei per impenitentiam. Tunc dicuntur peccata venire usque ad celum quando pervenient ad illud punctum peccandi quod numquam transirent peccando, scilicet ad contemptum Dei. Unde eque redditur eterna pena et illi qui peccavit tribus annis et illi qui centum annis, quia uterque venit ad illud punctum, quod numquam transiret peccando; *et recordatus est Dominus iniquitatum eius,* etiam minorum, quorum videbatur oblitus, dum permittebat eos prosperari. 18,6. *Reddite illi,* admonet etiam sanctos, ut divinam vindictam exerceant in illos; *sicut et ipsa reddidit vobis,* scilicet sicut ipsi penas intulerunt vobis, quamvis purgatorias, ita vos reddite illis penas, sed eternas, *et duplicate,* id est anime et corpori, *duplicia,* duplo graviores reddite, quam ipsi fecerunt vobis, *secundum opera eius,* non omnibus equales, sed unicuique pro meritis. *In poculo quo miscuit, miscete illi duplum,* scilicet sicut ipsi vobis tormenta intulerunt, ita vos eis. Redditur etiam aliquando eodem genere. 18,7. *Quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum,* scilicet non tantum de his que in alios fecerunt punientur, sed etiam de gloria et delectatione quam inter seippos habuerunt; vel ut ostendat discretionem quantum cuique sit reddendum,

18,4. *nunc non sumus*] non sumus nunc P² ~ nec tandem] tandem nec P ~ *cum illis] de illis L P^{4a,c.} ~ VOCEM] id est add. L ~ christi...predicationem om. P⁴ ~ adhibeatis L ~ assensum] ascensum P⁴: consensum quidem a Tr (con- *inter lin.* Tr) ~ laudat] laudant a Tr ~ adulatur] adulantur a Tr ~ *et⁴] etiam add. ω^g ~ *plagas] penas ω^g ~ recipient recipiet a Tr : accipient P² 18,5. *CELUM] id est usque add. ω^g ~ impenitentiam] et add. in marg. a.m. T ~ usque om. T ~ pervenient] veniunt usque P³ cum ω^g ~ punctum¹ p. r. P ~ *annis² om. ω^g ~ peccavit] peccant T ~ quia] quoniam a Tr ~ *venit] pervenit ω^g ~ etiam om. P⁴ ~ transiret] transierant P² ~ *minorum om. ω^g : inimicorum P³ ~ *quorum] quarum ω^g ~ *cum] dum ω^g 18,6. *sanctos om. ω^g ~ *sicut² om. ω^g ~ vobis] nobis P² ~ *ita¹] et add. ω^g ~ illis penas] penas illis P² ~ id est om. P⁴ ~ anime et corpori] corpori et anime P² ~ fecerunt om. a Tr ~ *equales om. ω^g ~ quo] quod P² ~ sicut³ *inter lin.* T ~ ipsi³ om. L : illi a Tr ~ vobis tormenta] vobis penam et tormenta P⁴ : tormenta vobis a Tr ~ eis] illis a Tr ~ redditur] reddite P³ ~ *etiam²] et ω^g 18,7. scilicet¹ om. a Tr ~ tantum de his] de his tantum a Tr ~ que] quam P² ~ quam] quas P² P³ ~ inter seippos] in se ipsis P³ cum ω^g ~ ut *inter lin.* P² : om. P³ ~ discretionem cum ω^g : descriptionem a Tr : distinctionem P² P³ ~ cuique] unicuique a Tr

18,4. |ALIAM VOCEM| diversam a primaⁱ |DICENTEM| «Venite benedicti Patris mei, percipite regnum»^m |DE ILLA| congregatione infidelium vel in hoc mundo vel in futuroⁱ |NE PARTICIPES SITIS| ne sitis in penis eis provenientibus ex delic-tis eiusⁱ |EIUS| id est seculiⁱ 18,5. |AD CELUM| ad cumulum vel ad notitiam celestium creaturarum, unde: «Revelabunt celi iniquitatem Iude»^m |RECOR-DATUS EST DOMINUS| quasi nescire videbatur dum non ulciscebatur^m; vere venerunt quia recordatus est^m 18,6. |REDDITE| id est hoc precipitur his qui eam iudicabuntⁱ |IN POCULO QUO MISCUIT| in poculo ponit diversa non idem figu-rantiaⁱ; sicut ipsa ante exercuit vindictam meam de vobis, sic modo meam iniu-riam vos vindicate de illa. Non enim ait sicut fecit, sed sicut reddidit. *Et duplicate duplia*, id est in corpore et in anima punite vel duplici pena caloris et fri-goris vel eternaliter. *In poculo quo miscuit*, id est sicut vobis afflictionem tribu-lationis intulit, ita et vos iudicio vestro eam punite et quantum quis in deliciis resolutus est, tantum amaritudinis recipiat^m 18,7. |QUANTUM GLORIFICAVIT| quantum gustavit gaudii et dulcedinis, tantum gustet doloris et amaritudinis^m

18,4. diversam a prima *om.* P⁴ ~ venite...regnum *om.* L ~ eis] eius P⁴ 18,6. id est^[1]] in P⁴ ~ precipitur] precipite *a.c.* L ~ in poculo...figurantia *om.* L ~ exercuit vindictam meam] vindictam meam exercuit P⁴ ~ in³ *om.* P⁴

18,4. Venite...regnum = Mt 25,34 18,5. Revelabunt...Iude = Iob 20,27

scilicet quantum peccavit, scilicet alii plus, alii minus: *tormentum ad corpus, luctum ad animam. Quia in corde suo dicit.* Ostendit quo modo glorificavit. *Sedeo, quasi stabilis, regina, dignitate et potentia, et vidua non sum,* non desunt michi servitores vel quia habet consolationem in temporalibus, *et luctum non videobo,* non timet defectum sue potentie. 18,8. *Et ideo in una die,* in hora iudicii, *venient plage eius.* Premisit causas damnationis, modo ponit ipsas causas et penas. *Mors, id est separatio a vera vita, id est a Deo, et luctus, contra gaudia que hic habuerunt, et fames,* quia Deo carebunt qui est vera refectio, *et igni comburetur, quia fortis est Dominus qui iudicabit illam,* cui nullus potest resistere, vel tandem inflexibilis omni prece. Communiter dixit de damnatione Babilonis, modo distinguit per diversos ordines damnatorum. 18,9. *Et flebunt, dolebunt in animo, et plangent se super illam,* dolorem corporis ostendent, quia dolebunt potentes et de propria miseria et de damnatione subditorum. *Reges terre, vel etiam boni reges, qui aliquando cum ea fornicati sunt, dolebunt,* quod umquam eis similes fuerunt. *Qui cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt cum viderint fumum incendi eius, cum viderint signa sue* pene. 18,10. *Longe stantes, voluntate.* Istud quod sequitur planum est. 18,11. Alius ordo damnatorum de his qui sunt in Babilone. *Et negotiatores terre, ad litteram vel omnes qui vendunt animas pro terrenis, flebunt super illam et lugebunt,* scilicet continuum habebunt dolorem, quia dolent ea perire in quibus sperabant obtinere felicitatem, *quoniam merces eorum nemo emet amplius,* 18,12. has scilicet *merces auri et argenti et lapidis pretiosi et margarite et bissi et purpure et serici,* apud Seres facti, *et omne lignum thinum nemo emet,* 18,13. *et eramento,* ut baccilia, *et odoramentorum,* scilicet merces, *et animarum hominum,* venditur solum corpus, ut si christianus christiano vendatur; tunc

scilicet quantum...minus *om.* L ~ quia¹ *inter lin.* Tr ~ dicit *inter lin.* Tr ~ modo] se add. T ~ *stabilis] nec movendum add. ω^g ~ vel²...temporalibus *om.* P⁴ ~ temporalibus: terrenis L 18,8. *plage eius*] eius plage T ~ causas et *om.* P³ *cum ω^g* ~ id est¹ *om.* α Tr ~ id est a deo *om.* α Tr ~ habuerunt] habuit α Tr ~ quia deo carebunt *restitui iuxta ω^g* et P³ : *om.* α P² Tr ~ qui est *om.* α Tr : que est P² ~ vera refectio] a vera refec-
tione α Tr ~ comburetur] comburentur α.c. M ~ dominus] deus γ ~ *potest resistere] resistere potest ω^g ~ damnatione] fornicatione L 18,9. se *om.* P³ ~ corporis] cordis
α Tr ~ potentes] patientes α Tr ~ de¹ *om.* P² P³ ~ etiam *om.* P³ *cum ω^g* ~ reges²] vel
add. α Tr ~ cum ea *om.* P³ *cum ω^g* ~ qui²...eius *om.* m ~ ILLA] IPSA P⁴ ~ umquam eis]
eis umquam α Tr ~ *eius] scilicet add. ω^g ~ *signa] signum ω^g 18,10. *volunta-
te...est *om.* ω^g 18,11. *in¹ *om.* ω^g ~ omnes *om.* P² ~ qui vendunt animas] animas
qui vendunt P² ~ dolent] dolebunt α Tr 18,12. merces bis repetitur in P³ ~ et
argenti...purpure] etc. α Tr : et argenti P³ ~ thinum] thimii P³ 18,13. ut baccilia
om. P⁴ ~ ODORAMENTORUM] ADORAMENTORUM P⁴ ~ *scilicet *om.* ω^g ~ et animarum]
animarum et P² ~ hominum...solum non legitur P³ ~ tunc] tum α Tr

|IN CORDE| in hoc mundoⁱ |REGINA| Babilonisⁱ |VIDUA NON SUM| non spoliabor his bonis que possideo. Vidua est Ecclesia sponsi visionem desiderans^m |LUC-TUM| dolorem non videboⁱ 18,8. |DIE| novissimaⁱ |MORS| scilicet eternaⁱ |LUC-TUS| de quo dicitur: «Ibi erit fletus et stridor dentium»^{im} |IGNI| eternoⁱ |FOR-TIS| potest hoc facereⁱ 18,9. |ET FLEBUNT| quantum ad animamⁱ |PLANGENT| quantum ad corpusⁱ |SUPER ILLAM| cum illaⁱ |REGES| principesⁱ |CUM ILLA| exemplo illiusⁱ |FUMUM| magnitudinem vel initiumⁱ |INCENDI| tormentorumⁱ 18,10. |LONGE STANTES| longe volentes stare si possentⁱ |STANTES PROPTER TIMOREM TORMENTORUM EIUS DICENTES: VE| quantum ad animam *ve* quantum ad corpusⁱ |CIVITAS| quantum ad maioresⁱ |CIVITAS ILLA| que se simulabat fortemⁱ |IN HORA| novissimaⁱ |JUDICIUM TUUM| damnatio tuaⁱ 18,11. |FLEBUNT| intrinsecusⁱ |LUGE-BUNT| extrinsecusⁱ 18,12. |MERCES| he merces quibus nutritur avaritia luxuria Babilonis pertinent ad quinque sensus corporis^m |MARGARITIS| ad visumⁱ 18,13. |ET MARMORE| ad visumⁱ |THURIS| ad odoratumⁱ |TRITICI| ad gustumⁱ |RHEDARUM| ad visum et auditumⁱ |ANIMARUM HOMINUM| vendunt hodie ani-

18,7. babilonis] aquilonis P⁴ ~ dolorem non videbo *om.* P⁴ 18,8. eterno *om.* L
 18,9. principes *om.* P⁴ ~ tormentorum *supra* TORMENTORUM P⁴ 18,10. novissima
om. P⁴ 18,11. extrinsecus *om.* L 18,12 he] has P⁴ ~ pertinent] pertinet L

18,8. Ibi...dentium = Mt 8,12; 13,42; 13,50; 22,13; 24,51 *et* 25,30; Lc 13,28

etiam anima, ut si apud paganos animam suam salvare non possit. 18,14. *Et poma desiderii anime tue discesserunt a te.* O Babilon! Hic notat quia etiam pro minimis dammentur homines, si in his minimis delectentur, etc. 18,17. *Et omnis gubernator,* ut patres familiarum, *et omnis qui in locum navigat,* sicut illi qui proponunt sibi aliquid determinatum, ut marcas auri, vel aliquid generis, *et naute,* ut servientes gubernatorum, *et qui in mari operantur,* et, ut omnes Babilonios comprehendat, dicit, *et qui in mare operantur,* id est qui in mundo sperant et delectantur, *longe steterunt,* voluntate, ne incendantur. 18,18. *et clamaverunt etc. dicentes: Que similis est huic civitati, in miseria,* 18,19. *et miserunt pulverem super capita sua,* quod est signum penitentie, quamvis tarde, vel *pulverem,* id est terrena, preposuerunt capiti suo, id est anime. *De preciis eius,* ad litteram vel de peccatis. 18,20. Posita damnatione impiorum, et commonet sanctos ad exultationem, scilicet ut aggratulentur divino iudicio; et hoc est: *exulta super eam, celum,* ut angeli, *Deus iudicavit iudicium vestrum de illa,* ad vestrum honorem, scilicet iudicans ea que peccavit in nos. Postquam ostendit singulorum ordinum damnationem, ostenditur sibi modus, scilicet quod sibi premonstratum fuerat, videt completum. 18,21. *Et sustulit,* elevat Deus mundum in potentiis, ut gravius demergat, *unus angelus fortis,* Christus, *lapidem,* lapidea corda habentes, *quasi molarem magnum,* semper per hec mundana volventes,

*ut³ om, ω^g ~ *apud paganos] pagani apud quos ω^g: in paganis apud quos P³ ~ salvare...poma non legitur P³ 18,14. desiderii] desideria T ~ tue om. γ ~ o babilon om. α Tr ~ hic...pro non legitur P³ ~ quia etiam] etiam quia P² ~ delectentur...et non legitur P³ ~ *etc. om, ω^g 18,17. in locum cum P² : in loaquis L (in locu a.c.) : in longum P⁴ : in loco M P T Tr : in lacu m ~ illi add. in marg. P³ ~ aliquid...ut² non legitur P³ ~ ut²] mercatores add. P³ ~ *marcas auri] auri marcas ω^g ~ auri] argenti M ~ *aliquid] id add. ω^g : huius add. α Tr ~ et⁵ om. γ : non legitur P³ ~ mare...qui non legitur P³ 18,18. *etc.] videntes locum incendi eius ω^g : om. α Tr ~ que similis non legitur P³ ~ que] quis P² ~ civitati] magne add. P³ ~ *in om. ω^g ~ *miseria] huic comparabilis add. ω^g 18,19. miserunt pulverem non legitur P³ ~ quamvis tarde non legitur P³ ~ terrena cum ω^g : concupiscentiam terrenorum α Tr^{in marg. inf.} : om. P² P³ ~ anime] <habent naves?> qui seccantur lucra mundi add. P³ cum ω^g ~ preciis] precipuis P² : non legitur P³ 18,20. impiorum...commonet non legitur P³ ~ impiorum] ponit exultationem add. α Tr ~ ad exultationem scilicet om. α Tr ~ aggratulentur cum ω^g : congratulentur α Tr : gratulentur P² P³ ~ divino iudicio non legitur P³ ~ *et hoc est om. ω^g ~ EXULTA SUPER EAM CELUM] EXULTATE CELI SUPER EAM L ~ eam] illam P³ ~ celum] celi Tr ~ *ut angeli om. ω^g ~ iudicavit non legitur P³ ~ vestrum¹⁻²] nostrum P² ~ ad vestrum honorem om. α Tr ~ nos] vos P³ ~ *ostendit] descripsit ω^g ~ *damnationem] damnationes ω^g 18,21. elevat non legitur P³ ~ elevat] elevavit L ~ christus om. L ~ per om. P⁴ ~ hec] hoc quasi P³

mas hominum qui sacros ordines vel aliquam sancti Spiritus gratiam vendunt^{im} 18,15-16. [OMNIA] maioraⁱ [PINGUIA ET PRECLARA PERIERUNT A TE ET AMPLIUS ILLAM IAM NON INVENIENT MERCATORES] pereunte mundi gloriaⁱ [QUI DIVITES FACTI SUNT AB EA LONGE STABUNT] vellent stareⁱ [PROPTER TIMOREM TORMENTORUM EIUS FLENTES ET LUGENTES ET DICENTES: VE VE] quantum ad mediocres [ILLA MAGNA QUE AMICTA] circumdataⁱ [ERAT BYSSO] omni gloria mundiⁱ [ET PURPURATA ET COCCO ET DEAURATA EST AURO ET LAPIDE PRETIOSO E MARGARITIS. QUONIAM UNA] improviseⁱ [DESTITUTE SUNT TANTE DIVITIE] enumerat divites Babilonisⁱ 18,17. [OMNIS GUBERNATOR] minores potestates subditos regentesⁱ [NAUTE] subditi qui sectantur lucra mundiⁱ [QUI IN LONGUM NAVIGANT] quorum sunt longa navigia, id est spatiova imperia^{im} [STETERUNT] voluntate non actuⁱ 18,18. [ET CLAMAVERUNT VIDENTES LOCUM INCENDII EIUS] se ipsos sempiternis incendiis deditosⁱ 18,19. [MISERUNT] egerunt seram penitentiam in mente habentes peccata suaⁱ [VE VE] quantum ad minoresⁱ [HABENT NAVES] sectantur lucra mundiⁱ 18,20. [EXULTA] et quia congregatio reproborum ad tantam venit miseriam, ideo exulta celum^m [CELUM] celestis creaturaⁱ [JUDICAVIT] non de eorum pena, sed de iusto iudicio Deiⁱ [IUDICIUM] ad vestram utilitatem vel vobiscumⁱ 18,21. [UNUS ANGELUS] Christus, specialiter in fortitudineⁱ [LAPIDEM] impiosⁱ; impii dicuntur ‘lapis’ propter duritiam cordis et peccatorum pondus, ‘molaris’ propter volubilitatem secularium rerum quas sequuntur, unde dicitur: «In circuitu impii ambulant secundum multitudinem». Et est sensus: tam velociter multitudo reproborum mittetur in profundum inferni et omnia que ad usum et iocunditatem pertinent auferentur ab eis, quam cito molaris lapis descendit in profunditatem maris^m [IN MARI] in

18,15-16. pereunti P⁴ ~ BYSSO] BYSSINO P⁴ ~ COCCO] COCCINO P⁴ ~ DEAU-RATA] AURATA P⁴ ~ EST om. P⁴ 18,17. LONGUM recte LOCUM ~ id est om. P⁴ 18,19. quantum ad minores om. L ~ lucra mundi] mundi lucra P⁴ 18,20. exulta celum] exultate celi L 18,21. ANGELUS] id est add. P⁴ ~ impios om. L ~ similiter] simili L ~ multitudinem recte altitudinem ~ profundum] profunditate P⁴

18,21. In circuitu...multitudinem = Ps 11,9

vel quia alios terunt, *et misit*, in infernum, *dicens: Hoc impetu mittitur Babilon*, sicut in hac figura vides vel quanto plus exaltantur, tanto gravius cadent. *Et ultra iam non invenietur*, sicut quidam heretici putant. 18,22. *Et vox citharedorum*, enumerat etiam hec perire de quibus non dixerat. 18,23. *Et vox sponsi et spouse*, letitia nuptiarum, *quia mercatores tui erant principes terre*, scilicet dantes animas suas pro terrenis, nimiam potestatem exercuerant, quod iam pati non volo. Nunc quasi ad ipsam Babilonem loquitur de casu suo, condolens miserie eius, nunc ad auditores convertitur, ut fideles exhorteatur: *quia in beneficiis tuis*, ad litteram vel venenosis persuasionibus, *perierunt omnes gentes*, aliqui de omni gente, 18,24. *et omnium qui imperfecti sunt*, quia et si malus malum occidit, non excusat occisorem nequitia occisi.

CAPUT XIX

19,1. Vedit completam damnationem Babilonis, modo audit exultationem sanctorum de hac damnatione, sicut commoniti fuerant ubi dixit: *Exulta, celum. Post hec audivi quasi vocem*, exultationem, *magnam tubarum in celo*, sanctorum, qui tube sunt, scilicet intonantes predicatione, *dicentium: Alleluia*. Alleluia non est vox alicuius lingue, sed est vox angelica; non habet propriam interpretationem in aliqua lingua et significat Trinitatem: per “alle”, Patrem, per “lu”, Filium, per “ia”, Spiritum sanctum; nec simpliciter illam divinam substantiam, sed cum laude et illa inexplicabili. *Laus*, laudandus propter resurrectionem, *et gloria*, propter ascensionem et immortalitatem, *et virtus Deo nostro est*, quia vicit diabolus et ideo hec sunt ei, perficit enim quod promittit.

vel¹ *om. a Tr ~ terunt*] trahunt P⁴ : vel quia bonos contriverunt dicuntur molares ut molaris conterit add. P⁴ ~ *misit*] in mare add. *inter lin.* T ~ dicens *om. γ* P³ ~ *MITTITUR] MITTETUR ω^g ~ BABILON] id est add. L ~ *hac *om. ω^g* ~ plus *om. T ~ exaltantur*] exalentur a.c. P³ 18,22. enumerat] hic add. P² ~ etiam] et γ ~ hec] illa a Tr : *om. P² ~ dixerat*] et omnis artifex artis non invenietur in ea amplius quia nulla erit scientia secularias add. P³ cum ω^g 18,23. letitia nuptiarum *om. P⁴ ~ dantes animas suas*] animas suas dantes P³ ~ *suo] quasi add. ω^g ~ *exhortetur] exhortentur ω^g ~ *PERIERUNT]ERRAVERUNT ω^g ~ omni *om. a Tr ~ gente*] et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inventus est add. *inter lin.* T 18,24. *INTERFECTI SUNT] IN TERRA add. ω^g ~ et² *om. a Tr ~ occisorem*] occisorem p. c. L : occisum P : occisionem P² ~ *occisi*] occisoris M

19,1. *hac *om. ω^g ~ dixit*] dicit P³ ~ exultationem²...predicatione *om. P² ~ tubarum*] multarum add. P³ ~ intonantes] in add. L ~ sanctum *inter lin.* P : scilicet add. P ~ nec...substantiam non legitur P³ ~ illam divinam] divinam illam P² ~ inexplicabili] inexpugnabili P² ~ LAUS] SALUS L ~ laus laudandus propter non legitur P³ ~ laudandus propter resurrectionem *om. P⁴ ~ ascensionem*] et resurrectionem add. L : et impassibilitatem add. P⁴ : et in passione add. P² ~ quia] qui P³ ~ diabolus...ei non legitur P³

ultimam damnationemⁱ |DICENS| michi Iohanni vel universali Ecclesie^{im} |IMPE-TU| similiter, id est irrecuperabiliterⁱ |NON INVENIETUR| in consortio fideliumⁱ 18,22. |ET VOX CITHAREDORUM| delectationum ad aures pertinentiumⁱ |ET MUSICORUM| ad litteramⁱ |ET TUBA NON AUDIETUR AMPLIUS| quoniam nulla erit terre iocunditasⁱ |ET OMNIS ARTIFEX| non tantum unius artis sed *et omnis^j* |ET OMNIS ARS NON INVENIETUR| quia nulla erit secularis scientiaⁱ |ET VOX MOLE| pauperis et ceterorum ad usum pertinentiumⁱ |NON AUDIETUR IN TE ET LUX LUCERNE| lampadarum vel nulla luxⁱ |NON LUCEBIT IN TE AMPLIUS| 18,23. |VOX| nuptialisⁱ |NON AUDIETUR ADHUC IN TE| et merito destrueris quiaⁱ |PRINCIPES TERRE| id est diaboli erant tam mali, quia ab illis emebas aurum et argentum, dando illis animam tuam^m |VENEFICIIS| operationibus vel erroribusⁱ; et ideo etiam destruerisⁱ |ET IN EA| et merito etiam destruetur quiaⁱ |SANGUIS PROPHETARUM ET SANCTORUM INVENTUS EST| 18,24. |IN TERRA| in Ecclesiaⁱ

19,1. |AUDIVI VOCEM| viso capite damnato et membris malorum damnatis, *audivi*, id est spiritualiter intellexi^m |TUBARUM| fidelium priorum patrumⁱ; per has tubas primitivos patres intelligimus qui per legem naturalem bene vivendo Deum glorificaverunt, hoc est alleluia cantaverunt ab Abel usque ad diluvium^m |IN CELO| ad Ecclesiam pertinentiumⁱ |ALLELUIA| laudate Dominum *alleluia*, enim laudate iam Dominum^m |LAUS| sit Patri humane reparationisⁱ |ET GLORIA| Spiritui sancto bone conscientieⁱ |VIRTUS| Filio bone operationisⁱ

fidelium] vel desiderium eius *add.* P⁴ 18,22. delectationum] delectationes P⁴ ~ AUDIETUR] IN TE *add.* P⁴ ~ artis sed *et omnis*] sed et omnis artis P⁴ ~ ET OMNIS²] OMNISQUE P⁴ ~ IN TE] AMPLIUS *add.* P⁴ 18,23. id est diaboli...tuam *om.* P⁴ ~ operationibus] persuasionibus P⁴ ~ *et...destrueris om.* L

19,1. intelligimus] intelligere possumus P⁴ ~ laudate dominum alleluia *om.* P⁴

19,1. laudate dominum alleluia *qr.* Ps 116,1 *et* Ps 150,1

19,2. Et ideo *vera et iusta*, secundum merita cuiusque, *iudicia eius sunt, qui iudicavit de meretricie magna que corrupti terram*, alias alium, *in prostituzione sua, et vindicavit sanguinem servorum suorum*, requiriens eum, *de manibus suis*, 19,3. et iterum dixerunt, *Alleluia*: per hanc iterationem intelligimus infinitam laudem. *Et fumus eius ascendit in secula seculorum*. Vindicavit sanguinem non temporaliter, sed eternaliter. Ponit exultationem maiorum de damnatione predicta et isti confirmant testimonium precedentium et ex se testimonium dant. 19,4. *Et ceciderunt seniores, iudices, viginti quatuor et quatuor animalia, doctores*. *Et adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen, confirmatio superiorum*, scilicet verum est quod Deus ita gloriosus est, *Alleluia*. Ubi dicunt “alleluia” ponunt ex se laudem. 19,5. *Et vox, admonitio, de throno, de secreto loco vel de his in quibus sedet iudex, exivit, dicens, ad audientiam omnium*. Posita damnatione et pro ea sanctorum exultatione, ponit admonitionem ut subfugiamus talium conformitatem. *Laudem dicite Deo nostro, bene operemini, omnes servi eius et qui timetis eum, casto timore, pusilli et magni, secundum etatem, vel qui nequeunt altiora perficere, ut: «Vende omnia, et sequere me»*. Magni sunt qui hec possunt. 19,6. Ostensa letitia quam habent sancti de damnatione malorum, supponit aliam quam habent de impletione consortii et adventu regni Dei. *Et audivi quasi vocem, exultationem sanctorum predictorum, tube multe*, qui per predicationem quasi tuba intonuerunt, *et sicut vocem aquarum multarum, quia de multis populis collecti sunt, et sicut vocem tonitruorum magnorum, terrebit enim impios sanctorum exultatio, dicentium: Alleluia, quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens, quasi antea regnum fuit impiorum*.

19,2. *et ideo om. ω^g ~ vera...merita non legitur P³ ~ eius] hic unum verbum erasum videtur T ~ magna om. γ Tr P³ ~ corrupti] corrumpisti P² ~ terram] vel add. P³ ~ alium] luxuria add. P³ ~ in prostituzione sua non legitur P³ ~ suorum] scilicet add. P ~ requiriens] relinquens P² 19,3. dixerunt...per non legitur P³ ~ per] propter P² ~ eius om. T ~ ascendet] ascendent M : om. P ~ in om. Tr ~ vindicavit...eternaliter om. P⁴ ~ isti] ita L ~ et ex se testimon- non legitur P³ 19,4. viginti...do- non legitur P³ ~ viginti quatuor om. P² : inter lin. Tr ~ deum sedentem] sedentem deum M Tr ~ super inter lin. Tr ~ amen om. P T m ~ scilicet om. L : a.m. P⁴ ~ *est¹ om. ω^g 19,5. et vox admoni- non legitur P³ ~ in quibus sedet iu- non legitur P³ ~ servi] sancti a Tr ~ et qui timetis...timore om. P² ~ vendere] vendere T Tr ~ omni...me non legitur P³ ~ omnia p.r. Tr (sequere me a.r.?) ~ sequere me] sequi christum a Tr^{inter lin.} : pusilli add. T ~ magni sunt] sunt magni P³ ~ sunt om. T ~ qui³] quia P⁴ ~ hec] hoc L : om. T 19,6. ostensa non legitur P³ ~ malorum...consortii] congaudent consortio P⁴ ~ per predicationem] predicatione L P² ~ *intonuerunt] insonuerunt ω^g ~ quia...sunt om. P⁴ ~ collecti sunt] sunt collecti L ~ TONITRUORUM] TONITRUUM P⁴ ~ magnorum non legitur P³ ~ alleluia non legitur P³ ~ regnum fuit] fuit regnum P²

19,5. Vende...me cfr. Mt 19,21; Mc 10,21 et Lc 18,22

19,2. |VERA ET IUSTA| *vera* retribuendo premia bonis secundum quod Pater promiserat, *iusta* dando damnationem malis^m |TERRAM| Ecclesiamⁱ |IN PROSTITUTIONE| luxuriaⁱ |SANGUINEM| effusumⁱ 19,3. |ET ITERUM| hec repetita glorificatio eorundem est sub naturali lege degentium a diluvio usque ad legem, quo tempore et fama pessima et scelus Babilonis ex magna parte punitum est^m 19,4. |ET CECIDERUNT| unde humiliaverunt se patres sub lege cum quatuor animalibus, quia in veteri <lege> spiritualiter intellecta quatuor continentur Evangelia. *Ceciderunt*, id est humiliaverunt anime fideles in Veteri Testamento, similes mores habentes^m; isti *amen* addiderunt quia, lege data, de Domino plus intelleixerunt^m |QUATUOR ANIMALIA| completes in veteri lege spe que quatuor animalia canitura erantⁱ |SEDENTEM| presidentem Ecclesie sueⁱ 19,5. |VOX| vox Moysi et contemporaneorum^m; ista vox prophetarum est, qui vere thronus Dei sunt, per quorum ora Deus loquitur^m |LAUDEM| et isti plenius laudant, quia de Deo suavius gustant^{im} |PUSILLI ET MAGNI| *pusilli* activi, *magni* contemplativi vel maiores et minores^m 19,6. |VOCEM| Evangeliumⁱ |SICUT VOCEM| id est vocem factam ad persuasionem populorum ad fidem vocatorumⁱ |TONITRUORUM| id est comminantem diem iudiciiⁱ |QUONIAM REGNAVIT| destruens Antichristum et eius membraⁱ |DOMINUS| Paterⁱ |DEUS| Filiusⁱ |OMNIPOTENS| Spiritus sanctusⁱ; he tres voces unum alleluia cantaverunt, quia patres Novi Testamenti, in fide Trinitatis permanentes, unam fidem, unum baptisma tenuerunt^m

19,2. vera...malis *om.* P⁴ ~ luxuria] luxurie P⁴ 19,3. a] ad P⁴ 19,4. lege *conieci* restituendum : *om. codd.* ~ isti amen...intelleixerunt *apud* PUSILLI ET MAGNI transposuit P⁴ ~ que] quod P⁴ 19,5. vox...contemporaneorum *om.* P⁴ ~ ista vox...loquitur *apud* QUASI VOCEM TUBE MULTAE transposuit L 19,6. id est^t *om.* P⁴ ~ eius membra] membra eius P⁴

19,7. *Gaudeamus*, secundum beatitudinem anime, *et exultemus*, ex corporis glorificatione, *et demus gloriam ei*, scilicet ab eo omnia nos habere reputemus, *quoniam venerunt nuptie Agni*, id est iuncta est Ecclesia Christo. *Et uxor eius preparavit se*, conveniens erat ut iungeretur, quia ipsa Ecclesia idoneam se prebuit ut reciperetur. 19,8. *Et datum est illi*, interim, *ut cooperiat se bissinum*, secundum presentem statum dedit Dominus Ecclesie sue *iustificationes* quibus se vestiret et Deo paratam offerret, *splendens candidum*. *Bissinum enim iustificationes sunt sanctorum*. 19,9. *Et dixit michi*, scribe: *Beati*, invitat presentes ad predictas nuptias, *qui ad cenam nuptiarum Agni vocati sunt*, perfecte ita ut perveniant. *Et dicit michi*: *Hec verba Dei*; et ut maiorem exhortationem faciat, dicit hec verba esse Dei, et quia Dei ideo *vera sunt*. 19,10. *Et cecidi ante pedes eius*, quia eum maiorem me intellexi, paratus ad obediendum, humiliavi me ei et vos debetis humiliari doctoribus vestris; *ut adorarem eum*, id est venerarer ut maiorem. *Et dixit michi*: *Vide ne feceris*, ante incarnationem Christi non prohibuit se angelus adorari, quia videbat omnem hominem se inferiorem. Sed post ascensionem Christi, quia vidit hominem supra omnes angelos exaltatum, timuit ab homine adorari. *Conservus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium Iesu*, ego et tu ceterique fratres tui unum Deum habemus. *Deum adora*. *Testimonium enim Iesu est spiritus prophetie*, quia omnes prophete testimonium perhibent Iesu, et non ex se, sed Spiritus sanctus per ipsos. 19,11. Ostensa damnatione Babilonis et sanctorum exultatione, supponit damnationem Antichristi et pseudoprophetarum, ubi dicet: *Et apprehensa est bestia*. Quorum damnationis causam pre-

19,7. ab eo omnia nos] nos ab eo omnia α Tr ~ *QUONIAM] QUIA ω^g ~ VENERUNT NUP-TIE AGNI] NUPTIE AGNI VENERUNT L : VENIENT (p. c.) NUPTIE AGNI P⁴ ~ *id est...christo om. ω^g ~ id est] quoniam α Tr 19,8. se¹] ei P ~ BISSINUM] BISSINO L P³ : vel -o (bissino) inter lin. P⁴ ~ *dominus] deus ω^g : om. P² ~ sue om. P² ~ paratam] parata M : se add. α Tr ~ offerret] ostenderet α Tr ~ SPLENDENS] SPLENDENTE L : in celum add. P² : splendentι P³ ~ CANDIDUM] CANDIDO L : om. γ P² : candide P³ ~ bissinum enim] enim bissinum P ~ enim inter lin. Tr ~ SUNT SANCTORUM] SANCTORUM SUNT L P ~ sancotrum inter lin. Tr 19,9. DIXIT] DICIT P⁴ T ~ scribe om. α Tr ~ predictas nuptias] nuptias predictas P³ ~ cenam inter lin. Tr ~ agni om. M ~ perfecte om. P³ ~ ita] scilicet P³ cum ω^g ~ *perveniant] veniant ω^g : vel ad cenam id est ad gaudium coniunctionis filii dei et ecclesie add. P³ cum ω^g ~ et dicit michi om. P ~ DIXIT] DIXIT L ~ dei¹] vera sunt et cecidi ante add. T ~ hec verba non legitur P³ ~ et quia dei om. P³ ~ ideo] omnia add. P⁴ ~ sunt² om. α Tr 19,10. cecidi] cecidit a.c. P ~ maiorem in marg. P ~ me om. P⁴ ~ vos debetis] debetis vos α Tr ~ adorarem] adorem P² ~ *id est] ut add. ω^g ~ DIXIT] DICIT P⁴ ~ michi om. P T Tr m ~ se angelus] angelus se P³ cum ω^g ~ *ego...habemus om. ω^g ~ tui om. P² ~ deum¹] dominum P³ ~ enim om. P ~ iesu¹ om. P ~ iesu est spiritus inter lin. Tr ~ est spiritus prophetie] spiritus prophetie est P ~ spiritus] enim add. P ~ prophetia om. M 19,11. exultatione] exaltatione P²

19,7. |NUPTIE| id est convictio Filii Dei et Ecclesieⁱ; conveniens erat ut iunge-retur, quia ipsa Ecclesia idoneam se prebuit ut reciperetur^m 19,8. |ET DATUM| et quia paravit seⁱ |BISSINUM| castitateⁱ |SPLENDENS| quantum ad aliosⁱ; Ecclesia ornat se variis virtutibus^m |CANDIDO| in seⁱ |IUSTIFICATIONES| id est totius beatitudinis puritatesⁱ 19,9. |DIXIT| hec visioⁱ |MICHIⁱ| angelusⁱ |AD CENAM| id est gaudium coniunctionis Filii Deiⁱ |VOCATI SUNT| secundum quod dicitur: «Venite, benedicti Patris mei»^{im} |ET DICIT| et revera beati sunt, quia hecⁱ |VERBA DEI VERA SUNT| 19,10. |ET CECIDI| hec visioⁱ; humiliavi in propria personaⁱ |EUM| in sua per-sonaⁱ |DIXIT| inspiravitⁱ |VIDE| noli me adorareⁱ |CONSERVUS TUUS| ex quo carnem assumptam Christus ad celum levavitⁱ |TESTIMONIUM| fidemⁱ; quia omnis Scrip-tura prophetarum perhibet ei testimoniumⁱ |DEUM ADORA| quem debes adorareⁱ

19,7. conveniens...reciperetur *om.* L 19,8. et quia...se *om.* P⁴ ~ castitate] vel o. *add.*
 P⁴ ~ ecclesia...virtutibus *om.* P⁴ ~ id est *om.* P⁴ 19,10. inspiravit *om.* P⁴ ~
 quia...testimonium *om.* L

19,9. Venite...mei = Mt 25,34

mittit, cum dicit: Contra Christum pugnabunt. Et quia incredibile videretur quod Antichristus et sui, qui tam potentes erunt, sic possent damnari, premitt potentiā damnatoris et secundum divinitatem et secundum humanitatem, cuius potentie nullus possit resistere. Ex qua etiam ipsius dignitate invitat nos ad eius imitationem. *Et vidi celum apertum*, scilicet revelata sunt michi misteria Ecclesie, et quod homo possit celum ascendere et Deum cognoscere, quasi dicat: Vidi vocatos ad nuptias et vidi quod possent venire, quia et bonum habemus adiutorem et bonos monitores. *Et ecce equus*, et hoc apparuit equus, id est caro Christi portans Verbum Dei, *albus*, quia sine peccato. *Et qui sedebat super eum*, divinitas, *vocabatur Fidelis*, quia promissa implet, et *Verax*, quia in nullo mentitur et alios veraces facit, et *cum iustitia iudicat*, quia unicuique reddit iuxta opera sua et pugnat in suis contra diabolum. 19,12. *Oculi autem eius sicut flamma ignis*, dona Spiritus sancti vel divina precepta vel caritas, que comburit vitia, illuminat habentem et accedit ad ardorem Dei. *Et in capite eius*, secundum divinitatem, *diademata multa*, quia per eam et ipse et sui coronantur. *Habens nomen scriptum quod nemo novit*, plene intellegit, nisi ipse, et cui ipse revelavit. 19,13. *Et vestitus erat veste*, carne, *aspersa*, in passione, *sanguine*, vel Ecclesia, que in martyribus occiditur. *Et vocatur nomen eius Verbum Dei*, per quem Pater se mundo nuntiavit et per quem omnia fecit. 19,14. *Et exercitus qui sunt in celo*, fideles contra diabolum dimicantes, qui sunt in Ecclesia, *sequebantur eum*, id est imitabantur, *in equis albis*, id est in corporibus dealbatis multis virtutibus; *vestiti bissino*, id est iustitia, *albo*, secundum virtutes, *mundo*, a criminali macula. 19,15. *Et de ore ipsius*, id est predicatione, *procedit gladius*, id est divina sententia, *utraque parte acutus*, quia per-

dicit] dicet P² P³ ~ *sic om. ω^g ~ damnatoris] damnantis α Tr ~ et⁶ om. L ~ possit] potest L ~ etiam om. P² ~ invitat] eos add. P⁴ ~ apertum om. P³ ~ homo possit] possit homo P² ~ cognoscere] agnoscere α Tr ~ *quasi dicat om. ω^g ~ dicat] fidus P³ ~ et¹¹ om. α Tr ~ et¹⁵ om. T ~ hoc] est add. α Tr : om. P² ~ *verbum dei] ad vincendum diabolum add. ω^g ~ eum] id est add. P² P³ ~ nullo] ullo P² ~ CUM] IN L ~ iuxta] secundum α Tr ~ sua om. α P³ Tr ~ suis] sanctis T 19,12. sicut] velut P³ ~ *spiritus sancti] sancti spiritus ω^g T ~ *vitia] et add. ω^g ~ illuminat] illuminant P³ ~ et¹ om. P² ~ *accedit] accidunt P³ cum ω^g : ascendit P² : corda add. ω^g ~ ardorem] amorem γ P³ ~ secundum divinitatem om. L ~ quia] et add. L ~ eam] ipsam P² 19,13. vel] scilicet P³ ~ se] in add. et post del. P 19,14. *celo] id est add. ω^g ~ dimicantes] et add. et post del. T ~ *id est¹ om. ω^g ~ imitabantur om. P⁴ : imitantur P² P³ ~ equis albis] albis equis α Tr ~ *BISSINO] BISSINUM ω^g : hic finalis pars codicis deest in P³ ~ id est³ om. P⁴ ~ *ALBO MUNDO] ALBUM MUNDUM ω^g 19,15. *IPSIUS] EIUS ω^g ~ id est¹ om. P⁴ ~ predicatione a.m. P⁴ ~ procedit] procedebat P² ~ UTRAQUE PARTE ACUTUS] ACUTUS UTRAQUE PARTE P⁴ : a.c. L

19,11. [ET VIDI CELUM] et hoc viso, *vidi celumⁱ* [EQUUS ALBUS] *equus* humanitas Salvatoris vel apostoli, *albus* a peccato immunis^m [FIDELIS] de preteritisⁱ [VERAX] de futurisⁱ [CUM IUSTITIA IUDICAT] reddens unicuique secundum opera suaⁱ [PUGNAT] in electisⁱ 19,12. [FLAMMA IGNIS] accendentia corda fideliumⁱ; et non tantum intellexi Filium Dei sic procedentem sed Spiritum sanctum^m [IN CAPITE] in divinitateⁱ [DIADEMATA MULTA] multe corone sanctorum secundum diversa meritaⁱ [NOMEN] Verbum Deiⁱ [NEMO] extraneusⁱ [IPSE] cum corpore suoⁱ 19,13. [SANGUINE] sue passionisⁱ [VERBUM DEI] ad litteramⁱ 19,14. [EXERCITUS] anime sanctorumⁱ [SEQUEBATUR] per quem Pater se mundo nuntiavit et per quem omnia fecit^m [IN EQUIS ALBIS] in corporibus mundis a peccato^m [BISSINUM] castitateⁱ [ALBUM] in seⁱ [MUNDUM] in aliosⁱ 19,15. [DE ORE] realiterⁱ [GLADIUS] Verbumⁱ [ACUTUS] efficaxⁱ

19,11. et hoc...celum *om.* P⁴ ~ equus...immunis *om.* L 19,13. sue passionis *om.* L
19,14. per quem...fecit *om.* L

19,11. reddens...sua *cfr.* Rm 2,6

cutit secundum corpus et secundum animam, vel Novo et Veteri Testamento, vel utroque populo, gentili et Iudeo. *Ut in ipso percutiat omnes gentes, quosdam ad mortem, quosdam ad vitam. Et ipse reget eos, bonos de virtute in virtutem, malos de vitio in peius, in virga ferrea, inflexibili iustitia. Et ipse calcat torcular vini furoris ire Dei omnipotentis,* id est mortem, que ab irato Deo primo homini peccanti illata est, resurgens destruxit; vel torcular tribulationem, quam Deus iratus et furiosus infert; de qua tribulatione exit *vinum*, id est quidam sancti eliciuntur et dicitur furor ire continuatio. 19,16. *Et habet in vestimento, in carne, et in femore,* per hoc notat Christum de vera progenie hominis fuisse, *scriptum*, quod non posset inde deleri, vel in cordibus fidelium, qui sunt vestimentum, est scriptum: *Rex regum, sanctorum, et Dominus dominantium, omnium qui subditis dominantur.* 19,17. Ostensa dignitate Christi, per quam diabolum expugnare poterit, subdit admonitionem presentium, ut huic tali adharent. *Et vidi angelum, predicatorum, stantem, in aperto, ut ab omnibus audiretur, et clamavit voce magna,* id est admonitione audienda, *dicens omnibus avibus,* id est fidelibus, qui et agiles sunt et pennati virtutibus, *que volant per medium celi,* id est per catholicam fidem, nullam sibi faciens propriam sectam: *Venite, bene operando, congregamini, a diversis partibus celi mundi, vel in eadem fide nichil propriae apponentes.* Deo enim placet unitas. *Ad cenam magni Dei,* cenam accipit ipsum Christum, qui vera cena est reficiens et numquam deficiens, vel consortium sanctorum. Et bene *cenam,* non prandium, quia talem refectionem nullus labor, sed perpetua quies sequitur. 19,18. *Ut manducetis carnes regum,* id est delectemini in cruciatu maiorum et minorum impiorum, *et carnes fortium,* in viribus corporis, *equorum, subditorum, et sedentium in ipsis,* prelatorum, etc.

vel^{1]} sic add. T ~ vel utroque populo gentili et iudeo] vel sic utrumque populum gentilem et iudeum p. c. *inter lin.* T ~ quosdam ad mortem quosdam ad vitam] quosdam ad vitam quosdam ad mortem a Tr ~ EOS] ILLOS vel eos P⁴ ~ vel^{3]}] et P⁴ ~ destruxit *in marg.* Tr ~ tribulationem] tribulatio est a Tr ~ eliciuntur] dicunt P² 19,16. vestimento] id est add. a Tr ~ femore] suo add. P² ~ *per] et add. ωg ~ *progenie hominis] hominis progenie ωg ~ scriptum¹...scriptum² om. P² ~ *quod] quia ωg ~ vel in cordibus...sanctorum om. L ~ qui sunt] sibi add. P⁴ ~ est om. T ~ scriptum] nomen id est verbum dei add. P³ cum ωg ~ novit] id est add. P³ ~ intellegit] intellegit P⁴ : intellexit a Tr ~ ipse^{2]} cum corpore suo add. P³ cum ωg ~ et⁵ om. P² P³ ~ cui ipse revelavit om. P³ ~ ipse² *inter lin. a.m.* P² 19,17. ut huic tali adharent om. P⁴ ~ vidi] unum add. T ~ angelum] stantem in sole add. et post del. T ~ audiretur] videretur a.c. P² ~ *id est¹ om. ωg ~ *agiles] mente add. ωg ~ *sunt om. ωg ~ *id est³ om. ωg ~ faciens] facientes a Tr ~ propriam om. P² ~ celi] mundi om. a Tr ~ fide] parte P² ~ proprii] proprium P² ~ *MAGNI] MAGNAM ωg ~ magni dei] agni providi P² ~ vera cena est] est vera cena a Tr 19,18. maiorum] malorum P⁴ ~ et² om. P² ~ *etc. om. ωg

|VIRGA FERREA| doctrina invincibiliⁱ |CALCAT| pressuramⁱ |VINI FURORIS IRE| vini iudicii ex quo bibunt boni et mali, iudicii, dico, ostensivi *furoris ire* 19,16. |IN VESTIMENTO| in fidelibus quibus induitur ut vestimentoⁱ 19,17. |ET VIDI| dixit superius: *ipse calcat torcular* et antequam hoc sit *vidi* etc. Vel alio modo antipophora: non debent ita calcare, quia non habuerunt predicatores, habuerunt quidem Heliam et Enoc. Vel aliter dixit superius nuptias fieri Filii Dei et Ecclesie et ut supradicte nuptie augmentarentur^m; spiritualiter intellexiⁱ |UNUM ANGELUM| Heliam et Enocⁱ |STANTEM| perseverantem predicanter^{im} |IN SOLE| in aperto vel in fervore tribulationisⁱ |VOCE MAGNA| minanteⁱ |OMNIBUS AVIS| id est contemplativis qui geminis alis dilectionis Dei et proximi volant in altum vel fluentibus de vitio in vitium^{im} |VOLABANT| volabant subtiliter, intuebantur imas profunditates Scripturarum vel temerario modo transibant per profunditates Scripturarum^m |AD CENAM| ad conventum fideliumⁱ 19,18. |UT MANDUCETIS| ut damnatione et pena malorum saturemini vel carnales delectationes in omni conditione destruatis predicationeⁱ |EQUORUM| hereticorumⁱ |SEDENTIUM IN IPSIS| heresiarcharumⁱ |ET CARNES OMNIUM LIBERORUM ET SERVORUM| activorum vel ad litteramⁱ |ET MAGNORUM| contemplativorumⁱ

19,15. pressuram *om.* L ~ furoris ire² *om.* P⁴ 19,16. fidelibus] in *add.* P⁴
 19,17. et ut] ut et P⁴ ~ qui geminis...vitium *post* pennati virtutibus *transposuit* P⁴
 19,18. ET¹⁻²] AC P⁴

19,19. *Et vidi bestiam*, Antichristum, qui est principale caput bestie, *et reges terre*, pseudoapostolos, *et exercitus eorum congregatos*, id est omnes ei servientes, *ad faciendum prelum cum illo*, contra Christum et suos blasphemis, tribulationibus et miraculis, *qui sedebat in equo et cum exercitu eius*, quasi diceret: Multum debetis esse solliciti ut ad hanc cenam veniatis, quia diabolus paratus est nocere vobis, quem tamen Dei auxilio vincere poteritis. **19,20.** *Et apprehensa est bestia*, et ideo bestia punita est eternaliter, *et cum illa pseudopropheta qui fecit signa coram ipso*, quibus seduxit eos qui acceperunt caracterem bestie, qui credunt in eum, *et qui adorant imaginem eius*. Vivi missi sunt hi duo, scilicet Antichristus et sui maiores penas sentient quam alii, sicut illi qui vivi comburuntur; si mortuus comburatur, nichil sentit; *in stagnum*, propter tenebras, *ignis ardentis sulphure*. **19,21.** *Et ceteri*, ut sequaces istorum, *occisi sunt*, minori quidem pena punientur. *In gladio sedentis super equum*, qui procedit de ore ipsius, et omnes aves saturate sunt carnibus eorum, sancti delectabuntur in pena istorum.

CAPUT XX

20,1. Dicta damnatione Babilonis et Antichristi et apostolorum eius, supponit damnationem ipsius diaboli et determinat tempus damnationis, scilicet paulo post seductionem. Et item ponit causam damnationis, scilicet quia, solitus, insaniet immoderate; et premonstrat potentiam damnatoris, scilicet ut qui in humili adventu et etiam mortuus illum ligare potuit, glorificatus iam impassibilitate et immortalitate, possit eundem prorsus destruere. *Et vidi angelum descendente de celo*, Christum humilantem se in carne, *habentem clavem abyssi*, id est potestatem omnium profundorum in nequitia, quia non possunt facere nisi quod Deus permittit, *et catenam magnam*, inevitabilem potentiam, qua alligabitur Satanás; *in manu sua*, in operatione scilicet per passionem et resurrectionem. **20,2.** *Et apprehendit draconem serpentem*, nescientem tenuit, scilicet quia ipsum

19,19. bestie] hereticorum P⁴ ~ id est *om.* P⁴ ~ christum] atichristum P² ~ *suos] in add. ω^g ~ *blasphemis] et add. ω^g ~ miraculis] vinculis P⁴ ~ et cum exercitu eius] etc. P² ~ ad hanc] hanc ad P² ~ paratus est] est paratus T Tr ~ quem...punita est (Apc 19,29) *om.* P² ~ auxilio] nocere add. et post. del. T 19,20. illa] ea P² ~ acceperunt] acceperant P² ~ bestie] adorant add. M : id est add. T Tr ~ sunt *om.* Tr ~ sentient] sentient L : sentiunt P⁴ ~ *quam] quas ω^g ~ stagnum] stannum P 19,21. pena¹ *om.* M ~ SEDENTIS] SEDENS P⁴ ~ qui procedit de ore ipsius *om.* P² : *inter lin.* Tr ~ saturate sunt] scilicet add. P : sunt *om.* Tr ~ carnibus eorum *om.* a Tr

20,1. dicta] predicta P² ~ ipsius *om.* P² ~ *seductionem] solutionem ω^g ~ *ponit] preponit ω^g ~ scilicet²...scilicet³ in marg. Tr ~ illum] eum a Tr ~ glorificatus] glorificatur a Tr ~ iam] tam P² ~ immortalitate] ut add. P² ~ angelum] angeli P² ~ celo in marg. P² ~ quod] quantum a Tr ~ magnam] id est add. P² ~ alligabitur] ligabitur P⁴ ~ in⁵] id est P² : *inter lin.* Tr 20,2. *quia¹] per add. ω^g

19,19. [ET VIDI BESTIAM] ut de ea augmentarentur nuptie, vidi diabolum contra pugnantem vel contra Christum et suos^m [BESTIAM] diabolumⁱ [REGES TERRE] maioresⁱ [EXERCITUS] minoresⁱ [IN EQUO] Christoⁱ 19,20. [BESTIA] Antichristusⁱ [APPREHENSA] licet mittetur Antichristus in destructionem fidei, tamen nichil valuit quia^{im} [PSEUDOPROPHETA] falsi predicatorum illiusⁱ [CORAM IPSO] secundum voluntatem eiusⁱ [QUIBUS] signisⁱ [CARACTEREM] signum nequitieⁱ [BESTIE] Antichristiⁱ [QUI ADORANT IMAGINEM] imitantur sequaces eiusⁱ [IN STAGNUM] penas incendiiⁱ [ARDENTIS] incendentis et fetentisⁱ 19,21. [CETERI] diversi a promissis conversi ab erroreⁱ [OCCISI] in maloⁱ [IN GLADIO] predicationeⁱ [SEDENTIS] Christiⁱ [QUI PROCEDIT] gladiusⁱ [DE ORE] voluntateⁱ [ET OMNES AVES] Helias et Enoc vel alii sancti habentes geminas alas dilectionisⁱ [SATURATE] gavisi sunt de profectu fidelium vel damnatione infideliumⁱ

20,1. [ET VIDI] ut perseverarent in fideⁱ [ANGELUM] Filium Deiⁱ [HABENTEM] propter utilitatem Ecclesieⁱ [CLAVEM ABYSSI] id est potestatem super illos qui erant profundi et obscuri^m [CATENAM MAGNAM] inevitabilem ligandi potestatemⁱ [IN MANU SUA] in dispositione suaⁱ 20,2. [DRACONEM] propter crude-

19,19. ea *om.* L ~ vidi²] intellexi P⁴ ~ econtra] contra P⁴ ~ diabolum] antichristum vel diabolum P⁴ ~ maiores *om.* L ~ christo] in christo P⁴ ~ EQUO] in *add.* P⁴ 19,20. illius] vel antichristus *add.* P⁴ ~ eius¹] vel antichristus *add.* P⁴ ~ eius²] illius P⁴ 19,21. in malo *om.* P⁴

20,1. id est...obscuri *om.* L ~ inevitabilem...potestatem *om.* L ~ in dispositione sua *om.* L

peccasse ostendit, ubi hominem omni peccato immunem quasi peccatorem iudicavit, *antiquum*, quia a principio mundi nocuit. *Qui est diabolus et Satanás*, ponit quasi interpretationem ipsius. *Et ligavit eum*, priori potestate privavit, *per annos mille*, a tempore Christi usque ad tempus Antichristi; mille dicit, quia numerus ille Deo perfectus est et certus. 20,3. *Et misit eum in abyssum*, quia electus a fidelibus, omnibus malis dominatur. Sciendum quod similiter in Abraham et aliis fidelibus diabolus fuit ligatus, sicut in istis presentibus, sed in illis ligavit spes futuri Christi, in istis ipse Christus. *Et clausit*, quia nescit an quos modo habet possit retinere et quos non habet possit acquirere. *Et signavit super illum*, id est signo crucis eum superavit et a fidelium mentibus repulit, *ut non amplius gentes decipiatur*, tam libere sicut prius, usque ad tempus Antichristi, *donec consummentur mille anni*. Dixi *donec consummentur*, quia postea solvetur; et hoc est: *post hec oportet eum solvi modico tempore*, quia Deus ita constituit ut tunc iterum libere decipiatur, sed ne timeatis, quia brevi tempore. 20,4. *Et vidi sedes*. Ligato diabolo, vidi fideles solutos et minores prelati obediens paratos et prelatos iudicare in subditis; quod dicitur de statu presentis vite. *Iudicium datum est illis*, a Deo; et vidi in tempore huius ligationis *animas decollatorum* fidelium statim in gloriam transire, numquam ad inferos descendere, sicut Abraham et prophete descenderunt, quamvis iusti, *propter testimonium Iesu*, secundum humanitatem; *et propter Verbum Dei*, secundum divinitatem, *et qui non adoraverunt*, et aliorum fidelium non decollatorum, *bestiam*, Antichristum, *neque imaginem eius*, apostolos eius, *nec acceperunt characterem*, signum eius, *in frontibus*, in manifesta confessione, *aut in manibus suis*, in operatione, *et vixerunt et regnaverunt cum Christo*, potentes erunt etiam facere miracula. *Mille annis*, et non dico hoc futurum tantum post communem resurrectionem, sed etiam tempore ligationis.

mundi *om.* L ~ ponit...ipsius *om.* P⁴ ~ interpretationem] interpretationes L ~ *EUM] id est add. ω^g ~ christi] sue passionis P⁴ : antichristi P² ~ mille] a tempore usque ad tempus antichristi add. P⁴ ~ *dicit *om.* ω^g ~ *perfectus est et certus] perfectus et certus est ω^g 20,3. *omnibus malis] a totius malis ω^g ~ sciendum] est add. P² ~ et²] in add. P² ~ modo habet] habet modo P⁴ ~ retinere] retenere a.c. P ~ *NON AMPLIUS GENTES DECIPIAT] NON SEDUCAT AMPLIUS GENTES ω^g ~ usque *inter lin.* a.m. P² ~ consummentur²] mille anni add. *inter lin.* T ~ *et hoc est *om.* ω^g ~ eum³] illum P² ~ modico tempore] modice temporis P² ~ deus ita] ita deus P⁴ P² ~ libere decipiat] decipiat libere a.c. P 20,4. huius *inter lin.* P² ~ statim¹ *om.* a Tr ~ transire *om.* a Tr ~ decollatorum] neque add. a Tr^{inter lin.} ~ secundum humanitatem *om.* L ~ secundum divinitatem *om.* L ~ nec] neque P² ~ in operatione] operibus P⁴ ~ vixerunt] vixerunt P² ~ christo] mille annis add. T ~ et¹⁰ *inter lin.* Tr ~ miracula mille annis] mille annis miracula P² ~ etiam¹ *om.* P⁴ ~ futurum] non add. L ~ etiam²] in add. P⁴

litatemⁱ |SERPENTEM| propter astutiamⁱ |ANTIQUUM| propter suggestionem primi parentisⁱ |DIABOLUS| in se primum ruensⁱ |SATANAS| alios temptansⁱ |LIGAVIT| licet talis esset, tamen ligavitⁱ 20,3. |ET MISIT EUM| et quamvis ligasset, tamen permisit illum habitare in cordibus infidelium^m |ET CLAUSIT| ibi ne possit seducere fidelesⁱ |SIGNAVIT| sigillavitⁱ |GENTES| infidelesⁱ |MILLE ANNI| usque ad tempus Antichristiⁱ |POST HEC OPORTET| ne Spiritus sanctus inveniatur mendax^{im} |MODICO TEMPORE| Antichristiⁱ 20,4. |ET VIDI SEDES| non tantum intellexi spiritualiter quod Filius Dei pro constantia fidelitatis illorum eis esset compatiens, sed etiam *sedes*, id est remunerations illorum quas erant accepturi intellexi esse paratas *et sedentes*, id est apostolos paratos ad iudicandum duodecim tribus Israel. Et hoc totum ideo dicit, ne deficerent eo quod dixerant diabolum esse solvendum, immo constantiores et firmiores in fide haberentur^m |ET SEDERUNT| apostoliⁱ |SUPER EAS| sedesⁱ |IUDICIUM| iudicandiⁱ |DATUM EST| concessumⁱ |ILLIS| non solum vidi sedere apostolos sed etiam animasⁱ |DECOLLATORUM| martyrumⁱ |PROPTER TESTIMONIUM| eo quod fuerant testes humanitatis illius et divinitatisⁱ |ET QUI| confessoresⁱ |IN FRONTIBUS| in menteⁱ |VIXERUNT| in se vel in animaⁱ; vivere in anima est semel mori vitiis et concupiscentiis^{mi} |ET REGNAVERUNT| fuerunt dominantesⁱ |CUM CHRISTO| ad exemplum Christiⁱ |MILLE ANNI| id est omni tempore vite sueⁱ; quo numero et presentem vitam et futuram intelligimus^m

20,2. in se primum ruens *om.* P⁴ ~ tamen ligavit *om.* P⁴ 20,3. et quamvis...infidelium *om.* L ~ possit] posset P⁴ 20,4. paratas] apertas P⁴ ~ constantiores et firmiores] firmiores et constantiores P⁴ ~ haberentur] habeantur P⁴ ~ et divinitatis *om.* P⁴ ~ in se...anima *apud* CETERI MORTUORUM VIXERUNT transposuit P⁴ ~ id est³] in P⁴

20,5. *Et ceteri mortuorum non vixerunt, id est mortui in anima statim punientur post dissolutionem; quod ideo inducit quia vellent aliqui nullum puniri toto tempore ligationis Satane, donec consummentur mille anni.* Tunc autem manifestum est quod non vivent. *Hec est resurrectio, scilicet quod fideles, in vita sua, liberantur a peccatis, et anime, statim post dissolutionem, fruentur eterna gloria; prima, quia sequitur resurrectio corporis et anime.* **20,6.** *Beatus, quia habebit resurrectionem secundam, et sanctus, confirmatus, quia non deficiet illa beatitudo; qui habet partem in resurrectione prima, quia non omnes possunt esse eiusdem beatitudinis et perfectionis.* *In his secunda mors non habet potestatem, et vere beatus, quia damnatio anime et corporis simul non erit in eo.* *Sed erunt sacerdotes Dei et Christi, se ipsos et laudes continuas offerentes Deo in Trinitate et secundum humanitatem Christo, et regnabunt cum illo mille annis, non solum post communem resurrectionem, sed interim.* **20,7.** *Solvetur Satanas, recipiet priorem potestatem, de carcere suo, de cordibus reproborum in quibus modo ligatus est.* *Et exibit aperte in quatuor angulos terre, in quatuor partibus mundi.* *Gog et Magog, ad litteram sunt populi in montanis conclusi versus aquilonem, et hi, tunc soluti et primi seducti, seducent alios; vel ad allegoriam, ut per istos intelligantur omnes mali.* Gog interpretatur ‘tectum’, per quod intelliguntur omnes occulite nocentes. Magog interpretatur ‘detectum’, per quod intelliguntur omnes aperte nocentes. *Et congregabit illos in prelum, quorum numerus est sicut arena maris, sterilis et innumerabilis.* **20,8.** *Et ascendent, superbient, super latitudinem terre, per totum orbem, et circuierunt castra sanctorum, invadentes non intrabunt sanctos in quibus militat Deus, civitatem, munitam virtutibus et ideo a Deo dilectam.* Posita

20,5. *in anima statim]* statim in anima P² ~ tempore] corpore M ~ hec] autem add. P² ~ EST RESURRECTIO PRIMA] RESURRECTIO PRIMA EST L ~ resurrectio] prima add. P² ~ liberantur] liberabuntur P⁴ ~ corporis et anime] anime et corporis a Tr 20,6. *beatus]* et sanctus add. et post del. T ~ habebit resurrectionem secundam] beatitudinem consequetur a Tr^{b.r.} ~ resurrectionem secundam] resurrectionem primam a.m. p.r. P⁴ : secundam resurrectionem P² ~ *SANCTUS] id est add. o^g ~ *illa] illi o^g ~ omnes possunt] possunt omnes P⁴ ~ anime et corporis] corporis et anime L ~ *CHRISTI] id est add. o^g ~ humanitatem] dico add. T ~ sed²] scilicet P 20,7. priorrem om. a Tr ~ ligatus est] est obligatus P² ~ EXIBIT] EXIET L ~ in² om. γ Tr : et seducet gentes que sunt super T ~ gog et magog] got et magot M P T Tr ~ conclusi] inclusi P² ~ tunc om. a Tr ~ seducti] decepti a Tr ~ ad² om. P² ~ omnes mali] mali omnes P² ~ gog] got P Tr ~ tectum] rectum a.c. P ~ magog] magot P ~ illos] eos γ ~ maris] id est add. P² ~ *sterilis et innumerabilis] stabilis et immutabilis o^g 20,8. *superbient]* superbiendo T ~ *per totum orbem om. o^g ~ non intrabunt sanctos cum o^g : sanctos non poterunt intrare a Tr^{b.r.} : intrabunt iam sanctos P²

20,5. |CETERI| id est mortuiⁱ; diversi a premissis qui sunt mortui in animaⁱ |NON VIXERUNT| in eternum vel donec finiatur eternitas, quod numquam eritⁱ; *vixerunt* in eternum^m |DONEC CONSUMMANTUR MILLE ANNI| vivere in anima est semel mori vitiis et concupiscentiisⁱ |RESURRECTIO PRIMA| prima resurrectio anime est quando a vitiis ad virtutes resurgimus, secunda in die iudicii quando feliciter resurgent in carne illi qui in hac vita a mentis sue nocte resurrexerunt^m 20,6. |BEATUS ET SANCTUS| et ista resurrectio non est contemnenda sed appetenda, quia qui habet partem^{im} |IN RESURRECTIONE PRIMA. ET IN HIS SECUNDA MORS| ista resurrectio non est contemnenda, tum ideo quia qui habet eam beatus est in hoc seculo, tum ideo quia perpetualis damnatio non habet partem in his^m |SACERDOTES| sacerdotes dantes se ipsos sacrificium Deo Patriⁱ |CHRISTI| Filioⁱ |CUM ILLO| ad exemplum eiusⁱ |MILLE ANNIS| id est omni temporeⁱ; Christus ligavit diabolum mille annisⁱ 20,7. |ET CUM CONSUMMATI| revertitur ad Antichristi temporaⁱ |FUERINT MILLE ANNI| a passione Domini usque ad tempus Antichristiⁱ |SOLVETUR| permititur ei potestas seviendi^m |SATANAS| adversariusⁱ |DE CARCERE| de infidelibusⁱ |EXIBIT| ad apertas persecutionsⁱ |ET SEDUCET GENTES| et exeundoⁱ; non per se sed per ministros suos, scilicet per Gog, id est per illos qui latenter seducent et per Magog, id est per illos qui aperte seducent^m |GENTES QUE SUNT SUPER QUATUOR ANGULOS| id est omnes gentes que sunt Gog, id est tegentes diabolum in corde et latenter nocentes Ecclesie, et Magog, id est de quibus procedit in apertum. Gog enim ‘tectum’, Magog ‘detectum’ interpretatur^m |ET CONGREGABIT| non solum seducet sed etiamⁱ |IN PRELIUM| contra fidelesⁱ |MARIS| infinitus et infructuosusⁱ 20,8. |ET ASCENDERUNT| ita seducetⁱ; id est putaverunt temporalia esse maximam dignitatemⁱ; *Et ascenderunt* quantum potuerunt super altitudinem, id est super illos qui erant in altitudine, id est in Ecclesia, et hoc ostendit per partes, quia super activos quod habemus ex hoc quod dicit: *circuierunt castra sanctorum*, et super contemplativos, et hoc habemus ubi dicit: *et circuierunt civitatem dilectam*.

20,5. id est mortui *om.* L ~ mortui² *om.* P⁴ ~ *vixerunt* in eternum *om.* L ~ vivere...concupiscentiis *om.* L *et repetitur* P⁴ *quia iam antea hoc dicitur apud* Apc 20,4 20,6. *habet eam*] *eam habet* P⁴ ~ sacerdotes...patri *om.* L ~ filio *om.* L ~ eius] *illius* P⁴ ~ id est *om.* P⁴ 20,7. *ad antichristi tempora*] *ad tempora antichristi* P⁴ ~ *passione*] *tempore passionis* P⁴ ~ *permittitur...seviendi* *om.* L ~ *de infidelibus* *om.* L ~ *que sunt gog id est tegentes diabolum*] *gentes que sunt tegentes gog id est diabolus* L ~ *detectum*] *reiectum* P⁴ ~ *non solum...etiam* *om.* P⁴ 20,8. *quantum*] *in quantum* P⁴

20,5. *prima...resurrexerunt* = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1185D

causa ponit damnationem, quia post illam seductionem et ministri damnabuntur et domini. Et hoc est: 20,9. *et descendit ignis de celo et devoravit eos*, 20,10. *ubi et bestia et pseudoprophete cruciabantur*, quia eundem locum penarum dat diabolo et suis, maxime nos deterret ne sui efficiamur. *Die ac nocte*, continue, vel *die*, de gloria sanctorum, *nocte*, id est de propria miseria. *In secula seculorum*, et hoc in eternum. 20,11. Posita destructione diaboli et suorum, addit mundi destructionem. Destruetur enim mundus, quia a malis corrumpitur, scilicet terra et aer et aqua; nec tamen eorum substantia peribit, sed forma mutabitur usque ad globum lune. Ether manebit, fixa tamen erunt omnia, que nunc ibi moventur ad servitium hominum. *Et vidi thronum, Ecclesiam, magnum, multitudine, candidum, ex virtutibus vel propter impassibilitatem et immortalitatem, et sedentem super eum, Christum, a cuius conspectu, presentia, fugit terra, ab hac specie, et celum, id est aer, et locus non est inventus ab eis, secundum priorem statum.* 20,12. *Et vidi mortuos, id est malos, magnos et pusillos*, tam maiores quam minores, stantes, corporaliter. Sepe locutus de glorificatione sanctorum et penis impiorum, non fecerat apertam mentionem de corporibus, an simul reciperent hec cum corporibus; quod hic aperte facit. *Et in conspectu throni, quia sancti aperte conspicient merita singulorum, et libri, id est conscientie singulorum, aperti sunt, et alius liber apertus est, qui est vite, id est Christus, quem qui imitati sunt vitam habebunt, alii damnabuntur, et iudicati sunt mortui, id est mali, ex his que scripta erant in libris*, scilicet quia non direxerunt conscientias suas ad exemplar vite, scilicet opera ipsorum, quia aliis maior, aliis minor dabitur pena. 20,13. *Et dedit mare mortuos suos qui erant in eo, corpora mortuorum, quantumcumque fuissent disiecta, quia aliqui volebant ea tantum corpora vivificari, que viva vel integra invenirentur; ostendit contra omnia corpora, quantumcumque fuissent disiecta et laniata, in illo equo vivificari; et mors, id est diabolus, et infernus, locus ille, dederunt mortuos*

*illam] ipsam ωg ~ *et² om. ωg ~ *et hoc est om. ωg 20,10. et¹ om. T ~ cruciabantur] excruciantur P² ~ quia] et add. P² ~ *die²] id est add. ωg ~ AC] ET P⁴ ~ *et hoc in eternum om. ωg 20,11. suorum] a david add. P² ~ addit] ponit L ~ manebit] permanebit P⁴ ~ nunc ibi] ibi nunc P² ~ impassibilitatem et immortalitatem] immortalitatem et impassibilitatem P⁴ ~ immortalitatem] immutabilitatem M ~ id est om. a Tr 20,12. id est¹ om. a Tr ~ fecerat] facit L : fecit P⁴ ~ corporibus] animalibus M ~ an] ut P² ~ reciperent] reciperentur a Tr ~ hec om. a Tr ~ sancti aperte] aperte sancti P⁴ ~ *id est conscientie singulorum] vel conscientie uniuscuiusque add. ωg ~ id est christus om. a Tr ~ scilicet...vite om. a Tr ~ dabitur pena] pena dabitur P² 20,13. mortuorum¹ om. a Tr ~ tantum vivificari] vivificari tantum P ~ *fuissent disiecta¹] sint diserpta ωg ~ quia] et a Tr ~ tantum corpora] corpora tantum a Tr ~ corpora om. M ~ disiecta²] diserpta L : disiuncta P² ~ infernus] inferus T Tr

Vel in quibusdam libris habetur *super latitudinem* et tunc per latitudinem habemus activos qui magis lata via incedunt, per totam sequentem litteram contemplativos^m [SUPER LATITUDINEM] id est omnes illos superabit qui tument pro terrenis bonisⁱ [ET CIRCUIERUNT] ita congregabit quod *circuierunt*ⁱ [CASTRA SANCTORUM] tabernacula activorumⁱ; sicut enim aliquis miles in castris domino suo militat, ita fideles in tabernaculis Deo sunt militantes^m; sanctos in quibus militat Deusⁱ [CIVITATEM] contemplativosⁱ 20,9. [DESCENDIT IGNIS] repentinus interitus veniensⁱ [DE CELO] id est propter Ecclesie defensionemⁱ [ET DEVORAVIT] tam in corpore quam in animaⁱ [ET DIABOLUS QUI SEDUCEBAT EOS MISSUS EST IN STAGNUM] penas ardentes et fetentesⁱ [IGNIS ET SULPHURIS] 20,10. [BESTIA] Antichristusⁱ [PSEUDOPROPHETE] sequaces eiusⁱ [DIE AC NOCTE] die, consideratione glorie fidelium, *nocte* de memoria factorum suorum in hoc seculo et de penis quas patiuntur^m 20,11. [ET VIDI] postquam ostendit remunerationem bonorum et interitum diaboli et suorum, vult ostendere qualiter se habeat Christus in iudicio, reddens unicuique iuxta opera sua^m; hoc visoⁱ; *et vidi* humanitatem Christi vel congregationem fidelium^m [ET SEDENTEM] divinitatemⁱ [TERRA ET CELUM] omnia elementa amiserunt priorem statumⁱ [ET LOCUS] quem prius habuerantⁱ [AB EIS] neque a celo neque a terraⁱ 20,12. [MAGNOS] prelatosⁱ [PUSILLOS] ad litteramⁱ [THONI] Ecclesie vel Christiⁱ [LIBRI] Novi et Veteris Testamenti vel conscientie uniuscuiusqueⁱ [LIBER] vita vel memoria de factis cuiusqueⁱ [ET IUDICATI] quia unumquemque iudicabit conscientia suaⁱ [HIS] factisⁱ [SCRIPTA ERANT] firmiter memorie traditaⁱ 20,13. [ET DEDIT] representavitⁱ [MARE] baptismusⁱ [MORTUOS] infantes vel alios renatos fonte baptismatisⁱ [INFERNUS] in illos qui numquam ad fidem veneruntⁱ;

congregabit] congregabitur P⁴ ~ quod circuierunt *om.* P⁴ ~ eos] ILLOS L 20,12. cuiusque] uniuscuiusque P⁴ ~ factis *om.* P⁴ 20,13. numquam ad fidem] ad fidem numquam P⁴

qui in ipsis erant, animas mortuorum. Et hoc contra illos qui dicebant tunc creari novas animas. 20,14. *Et infernus, omnis insatiabilis vel profundi in vitiis, et mors, id est diabolus, missi sunt in stagnum ignis: hec est mors secunda.* Quedam admonitio est: Cavete vobis a morte prima, ex qua procedit secunda; 20,15. *et qui non est inventus in libro vite, predestinatus ad vitam.*

CAPUT XXI

VISIO SEPTIMA

21,1. In hac septima visione agit de innovatione elementorum et glorificatione sanctorum, demonstrans merita per que ita sint sancti glorificandi. *Et vidi celum, id est aerem, novum, innovatum. Primum enim celum et prima terra abiit, primus status eorum immutatur. Et mare iam non est, neque in motu neque in prioribus qualitatibus et tamen non est certum an aqua purgetur igne, quo purgabuntur aer et terra, an aliqua sua materiali purgatione.* 21,2. *Et civitatem, Ecclesiam, sanctam, iam in omni quiete firmatam, Ierusalem, iam plene Christum videntem, qui est pax vera, novam, propter resurrectionem corporum, descendenter, propter humilitatem, quia, quidquid boni habet, intelligit sola Dei gratia se accepisse, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Sicut enim sponsus sponse premittit munera ante nuptias, unde se ornet, ut tandem in nuptiis placeat, sic Christus Ecclesie fidem, virtutes et opera. Cum dixisset se vidisse innovationem elementorum et glorificationem sanctorum, quia incognitum erat, incredibile videretur, et ideo apponit auctoritatem sanctorum, qui hec sibi dixerunt et etiam Dei. 21,3. *Et audivi vocem, admonitionem, magnam, quia de magnis secretis Dei agit, de throno dicentem, ab illis in quibus sedet Deus: Ecce, in evidenti est, tabernaculum Dei cum homini-*

qui^{3]}] quos P 20,14. infernus] inferus T Tr ~ omnis insatiabilis] omnes insatiabiles P² T Tr m ~ id est om. a Tr ~ sunt inter lin. P : om. Tr ~ hec est mors secunda om. P² ~ *est² om. ω^g ~ vobis om. P² ~ procedit secunda] secunda est a Tr (est inter lin. Tr) 20,15. inventus in libro vite] in libro vite inventus M T Tr m ~ inventus] ut add. P² ~ vitam] explicit sexta visio incipit septimam add. M

21,1. agit] agitur P² ~ et glorificatione sanctorum in marg. Tr ~ novum om. γ Tr : post celum¹ P² ~ ABIIT] id est add. L ~ immutatur] immutatus est P² ~ an] in P² ~ *tamen om. ω^g ~ quo] qua L P^{4a.c.} ~ materiali purgatione] purgatione naturali P² 21,2. iam¹ om. a Tr ~ in¹ om. P⁴ ~ pax vera] vera pax P² ~ *propter²...accepisse om. ω^g ~ propter humilitatem] id est humiliantem a Tr ~ sponse om. a Tr ~ sponse premittit] premittit sponse P² ~ *premittit] promittit ω^g ~ fidem] et add. P² ~ quia²...sanctorum om. L ~ erat] ne add. P² 21,3. secretis dei] dei secretis a Tr ~ in evidenti est] in evidenti L : om. P⁴

illos qui fuerunt baptizati et a fide exorbitaverunt, vel totum ad litteramⁱ 20,14. [INFERNUS] falsi Christianiⁱ; pagani et Iudeiⁱ [MISSI SUNT IN STAGNUM IGNIS] in eternum ignemⁱ [HEC MORS SECUNDA EST] anime et corporisⁱ [IN STAGNUM] scilicet ignisⁱ

21,1. [ET VIDI] postquam ostendit gloriam bonorum et damnationem malorum, vult tractare de beatitudine, ut sicut liber suus incepit a beatitudine sic finiatur in beatitudine^m; et hoc visoⁱ [CELUM NOVUM] animas immortalesⁱ [TERRAM NOVAM] et corpora immortaliaⁱ [ABIIT] id est recessit a statu suoⁱ 21,2. [CIVITATEM] civitatem animarum fidelium congregationem videntem pacem, id est Christum qui est pax nostra^m [NOVAM] renovatamⁱ [DESCENDENTEM] et quod talis erat descendit a Dei miseriaⁱ [SICUT SPONSAM] sicut sponsus dat sponse ornamenti quo magis ei placeat, sic Christus virtutes Ecclesie^m 21,3. [ET AUDIVI] cognovi per internam inspirationemⁱ [DE THRONO] Ecclesia vel Christi corporeⁱ [DICENTEM] congratulantemⁱ [TABERNACULUM] caro divinaⁱ [CUM HOMINIBUS] scilicet

20,14. falsi christiani *om.* P⁴ ~ eternum ignem] ignem eternum P⁴ *et supra* IN STAGNUM² *transposuit* ~ anime et corporis *om.* P⁴ ~ scilicet ignis *om.* P⁴

21,1. id est *om.* P⁴ 21,2. civitatem...nostra *om.* P⁴ ~ sicut...ecclesie *om.* L 21,3. ca-ro divina *om.* P⁴

bus, id est humanitas, in qua Deus militavit, est in eadem gloria cum hominibus qui eum sunt imitati, et habitabit cum eis, id est sicut Christo gloria illa erit eterna, ita et suis. Et ipsi populus eius erunt, id est in nullo offendentes, quod non potest esse dum in hac carne sunt, et ipse Deus, etiam secundum deitatem, cum eis ens, erit eorum Deus, quasi singulariter, quia numquam ab eorum presentia separabitur. Posita gloria, removet omnem tristitiam. 21,4. *Et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum, quantamcumque tristitiam tam ab oculis mentis quam carnis, et mors ultra non erit. Ostendit non esse lacrimas, quia nulla erit causa lacrimarum, neque mors, id est dissolutio anime et corporis, neque separatio a Christo, neque luctus, continuus dolor, neque clamor, aliqua magna commotio auferens quietem, neque dolor erit, parva quelibet motio, scilicet iam non est locus istorum, cum non sit peccatum, ex quo hec omnia procedunt. Posita auctoritate sanctorum, ponit ipsius Dei.* 21,5. *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia, tam elementa quam sanctorum gloriam, et dixit: Scribe, quedam admonitio, ac si diceret: Quidquid michi ostensum est de hac innovatione, ad presentium utilitatem est, ut et ipsi festinent obtinere illam glorificationem, quia hec verba fidelissima sunt, habilia, ut eis fides adhibeat, et vera, quia complebuntur.* 21,6. *Et dixit michi: Factum est, et ne ipse quereret quid post illam innovationem futurum esset, dicitur sibi nichil restare faciendum, sed tunc omnia consummata. Ego sum a et ω, initium et finis, ostendit quod hanc innovationem facere possit, quia ipse omnia creavit et in ipso omnia consummabuntur. Et sitiensi, id est desideranti me, dabo de fonte, scilicet me ipsum qui sum principium omnis beatitatis, aque vive, quia vivere facit, gratis, id est per solam gratiam.* 21,7. *Qui vicerit, id est permanserit sitiendo vel qui temptationes superaverit, possidebit, firmiter obtinebit, hec, Deum et beatam innovationem, et ero illi Deus, eterna satietas, et ille erit michi filius, id est populus,*

humanitas] humilitas P² ~ illa om. P⁴ ~ ita et] in add. P⁴ ~ id est³ om. γ ~ nullo] ullo P² ~ *quod non potest esse] quod non esse potest ω^g : om. P² : in marg. Tr ~ etiam secundum] in christo P⁴ ~ ens om. α Tr ~ separabitur] separabuntur P⁴ 21,4. mors² p. r. P ~ id est om. α Tr ~ aliqua magna a.m. L ~ parva quelibet] quelibet parva a.c. M ~ motio] commotio M ~ sit] erit L ~ *hec om. ω^g 21,5. dixit²] michi add. P² ~ *ad presentium utilitatem est] est ad presentium utilitatem ω^g ~ est² om. P² ~ ipsi] illi P² ~ hec verba] verba hec P² ~ sunt om. P² : inter lin. Tr ~ habilia...adhibeat om. L ~ habilia] fidelissima P⁴ ~ adhibeat] habeatur P⁴ 21,6. et² om. α Tr ~ *restare] instare ω^g : restaurare a.c. Tr ~ initium et finis om. α Tr ~ id est¹ om. α Tr ~ beatitatis] beatitudinis P² ~ id est² om. L α Tr ~ per solam gratiam om. L 21,7. *id est¹] qui add. ω^g ~ POSSIDEBIT] id est add. L ~ hec] scilicet add. P⁴ ~ deum inter lin. Tr ~ DEUS] id est add. L ~ id est² om. α Tr : ut supra add. P T Tr m : sit supra add. M ~ populus] sanctus add. α Tr

erit amenⁱ |CUM EIS¹| ad observandumⁱ |IPSE DEUS| et hoc ideo quiaⁱ |CUM EIS²| ensⁱ 21,4. |ET ABSTERGET DEUS| postquam erunt cum eoⁱ |LUCTUS| tristitiaⁱ |CLAMOR| pro tribulationeⁱ |DOLOR| mentis et corporisⁱ |QUE PRIMA ABIERUNT| cum priori seculoⁱ 21,5. |QUI SEDEBAT| Christus in Ecclesia, vel Pater in Filioⁱ |OMNIA| electaⁱ |SCRIBE| memoria tandem queriturⁱ |FIDELISSIMA| dignissima fideⁱ |SUNT| et hoc ideoⁱ |VERA| 21,6. |FACTUM EST| omnia fientⁱ |EGO SUM A ET Ω| ego revera possum facere omnia, quia^{im} |SITIENTI| iustitiamⁱ; diceret aliquis: «Quid interim faciemus?», interim antequam hoc faciam^m |GRATIS| per gratiam non tantum per meritaⁱ |DE FONTE AQUE VIVE| me ipsum, sanctorum sempiterna refectio^m 21,7. |QUI VICERIT| in siti illaⁱ |POSSIDEBIT HEC|

et om. P⁴ 21,4. tristitia om. L 21,5. electa om. P⁴ ~ dignissima fide] fide dignissima P⁴ ~ ideo] quia add. P⁴ 21,6. me...refectio om. P⁴

21,6. iustitiam *cfr.* Haimo, *ExpApC*, PL 117, col. 1195A ~ Quid interim faciemus *cfr.* Io 6,28

in quo Domino bene complacuit. 21,8. *Timidis autem*, id est qui, fide accepta, timent eam profiteri vel qui timent eam accipere, et *incredulis*, qui dubitant de resurrectione vel infideles, et *exsecratis*, excommunicatis, et *homicidis et fornicatoribus et veneficis et idolatratis et omnibus mendacibus*, quibus mentiri est in usu, quia non est mendax nomen actus sed officii, *pars illorum et ceterorum*, id est unusquisque particeps erit harum penarum pro meritis suis. Descripta gloria quam sunt sancti habituri, dicit quo merito et quo auxilio sint hec adepturi. 21,9. *Et venit unus de septem angelis*, aliquis de sanctis predicatoribus, etc. *Veni, amplia intellectum, ostendam tibi sponsam*, modo factam, *uxorem Agni*. 21,10. *Et sustulit me in spiritu*, id est elevavit me spiritualiter ut cognoscerem Christum et super ipsum fundatam Ecclesiam, *in montem*, quia est munimentum suorum, *magnum*, quia totum orbem replet, et *altum*, quia insuperabilis est, etc. 21,11. *Habentem claritatem Dei*, id est apertam cognitionem de Deo. Ostendit qua re Ecclesia habeat claritatem Dei: *quia lumen eius*, id est ipsa, lucens pro modo suo, similem se exhibuit Christo, qui fuit lapis pretiosus, quia et firmus in proposito et lucens splendore omnium virtutum; et hoc dicit: *lumen eius simile lapidi pretioso, tamquam lapidi iaspidi*. Iaspis est durus et viridis, ita Ecclesia viret fide et in ea firma est, *sicut crystallum*, nichil celans, quia ibi pura confessio. 21,12. *Et habebat murum magnum et altum*, id est Christum defensorem, qui est magnus secundum resurrectionem, altus secundum ascensionem; vel defensores aliorum qui sunt magni vincendo hereticos, alti, insuperabiles. *Habens portas duodecim*, id est prophetas, per quorum exemplum alii ad fidem introducuntur, et *in portis duodecim angulos*, per angulos accipimus

domino bene complacuit] bene complacuit domino a Tr ~ complacuit] placuit P²
 21,8. et⁶ om. P² ~ idolatratis] idololatriis m ~ quia non est mendax nomen actus sed
 officii restitui iuxta primam versionem : quia non est mendax nomen victus P² Tr^{a.c.} : om.
 cert. codd. ~ *CETERORUM] omnibus illis dico quod pars illorum id est add. ω^g ~ sancti
 habituri] habituri sancti P ~ gloria] sua add. et post del. T ~ dicit] de add. P² ~ *de⁹
 om. ω^g ~ sint] sunt L 21,9. de¹] e γ : ex T ~ amplia] amplifica a Tr ~ intellectum]
 eorum add. et post del. T ~ ostendam tibi inter lin. Tr ~ tibi om. P² 21,10. est² om.
 a Tr ~ *munitionem] elevamentum ω^g : monumentum M : monimentum vel
 munimentum (vel mu- *inter lin.*) P T^{a.m.} Tr ~ suorum] est add. *inter lin. a.m.* T ~
 quia²] replet add. et post. del. T 21,11. CLARITATEM DEI] A DEO CLARITATEM L ~ id
 est¹ om. P⁴ ~ cognitionem deo] de deo cognitionem P² ~ de *inter lin.* Tr ~ dei² om.
 a Tr ~ quia¹] nam a Tr ~ similem se exhibuit] se exhibuit similem γ ~ et¹ om. a Tr
 ~ lucens] in add. P⁴ ~ *et hoc dicit om. ω^g ~ hoc] est quod add. a.m. T ~ EIUS] ILLIUS
 P⁴ ~ *est⁴ om. ω^g ~ celans] celas P⁴ 21,12. habebat] habebit T ~ magnus] murus
 P² ~ defensores] et add. P² ~ *insuperabiles] et invicti add. ω^g ~ habens *inter lin.* Tr
 ~ id est² om. a Tr ~ angulos²] duodecim add. P⁴

id est de torrente visionis mee potabo illum^m 21,8. |TIMIDIS AUTEM| sientibus dabo aquam, sed <non> *timidis*, id est qui pro mortis timore a bono recedunt^m |INCREDULIS| qui non credunt quod credendum est^{im} |EXECRATIS| qui non reverentur peccareⁱ |HOMICIDIS| non solum interficientibus, sed odium portantibusⁱ |FORNICATORIBUS| illicite concubentibusⁱ |VENEFICIIS| beneficia miscentibusⁱ |IDOLATRIS| demonia colentibus et avarisⁱ |OMNIBUS MENDACIBUS| blasphemias in Deum proferentibus vel quod promittunt Deo non observantibus^m 21,9. |UNUS| Christusⁱ |VENI| spiritualiterⁱ |OSTENDAM| Ecclesiamⁱ |SPONSAM| esseⁱ 21,10. |IN SPIRITU| spiritualiterⁱ |IN MONTEM| ducens me in se ipsum qui est fundamentum Ecclesie, *magnum* quantum ad activos, *altum* quantum ad contemplativos^m |ET OSTENDIT MICHI CIVITATEM SANCTAM| ut in precedenti pagina exposuimusⁱ 21,11. |HABENTEM CLARITATEM DEI| sicut luna habet non per se, sed a sole claritatem^m 21,12. |HABEBAT| civitasⁱ |HABENS PORTAS| apostolos quorum doctrina intratur ad fidem^m |ET IN PORTIS ANGULOS| in doctrina apostolorum sanctorum viros, heremitas, confessores, latenter bene operantes^m

21,7. id est...illum *om.* L 21,8. non *conieci restituendum* : *om. codd.* ~ *beneficia*] venena P⁴ ~ miscentibus] vel ad discordias *add.* P⁴ 21,9. ecclesiam *om.* P⁴ 21,12. civitas *om.* P⁴ ~ bene] bona L

apostolos, qui persisterunt in fide et vestigiis prophetarum, *et nomina scripta*, quia omnes fideles sunt fundati et quasi inscripti in prophetis; vel quia omnes fideles exstant in dilectione priorum patrum, *que sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel*, id est omnium fidelium, secundum predictas interpretationes. 21,13. *Ab oriente porte tres, ab aquilone porte tres, ab austro portes tres etc.* Iudei oriens dicuntur, a quibus ortus est Sol iustitie, et in his porte tres, quia his primum fides Trinitatis nuntiata est. Aquilo, frigide gentes, que post Iudeos crediderunt; auster, ardentes, ut sancti martyres; occasus significat illos in quibus fides et caritas frigescunt, vel illos qui in novissimis temporibus credituri sunt in predicatione Helie et Enoch; numerus duodecim portarum, que per quatuor mundi partes sub ternario ponuntur, pertinet ad ministerium apostolorum, per quos fides Trinitatis per orbem quadripartitum diffunditur. 21,14. *Et murus civitatis*, id est quicumque defensores Ecclesie fundantur in prophetis, in quibus fides precessit, *habens fundamenta duodecim*, id est prophetas in quorum fide fundati sunt apostoli: ex ipsis enim successit fides in apostolos et etiam predicatione apostolorum. Credulitatem habuerunt ex prophetis, qui etiam idem dixerant; vel fundamenta accipiamus apostolos, in quibus fundatur tota munitio Ecclesie. Quod supponit: *et in ipsis nomina duodecim apostolorum*, expositio est que fundamenta accipiat et in ipsis est nomen *Agni*, quia ipsum semper predicaverunt, quasi ita diceret: Vidi ita civitatem munitam et ornatam, non tamen omnes equales, sed pro modo suo quemque perfectum.

apostolos] et add. P² ~ persistenterunt] persistunt P² ~ et⁴] in add. ω^g ~ vestigiis] eorum add. T ~ quia omnes¹...priorum patrum om. P⁴ 21,13. ab aquilone porte tres om. T ~ aquilone om. M : inter lin. Tr ~ ab austro...etc. om. α Tr ~ *etc. om. ω^g ~ est¹ om. P⁴ ~ quia] in add. P² ~ *fides¹] sancte add. ω^g ~ aquilo] aquilon P² ~ auster] austrum α Tr ~ ardentes om. M ~ *sancti] sanctos ω^g ~ *credituri sunt] ut add. ω^g ~ in⁴] ut P² ~ in predicatione] per predicationem L : et add. P⁴ ~ numerus...diffunditur om. L ~ portarum] prophetarum T ~ que²] qui a.c. P² ~ quatuor mundi] mundi quatuor P² ~ ponuntur] ponitur P² 21,14. id est¹ om. M ~ quicumque in marg. P² ~ *in prophetis om. ω^g : vel quia omnes fideles existant add. et post del. P² ~ successit] processit P² ~ *apostolos¹] eadem add. ω^g : apostolis T ~ predicatione apostolorum om. α Tr ~ habuerunt] habuit L ~ ex²] ipsis add. P² ~ ecclesie] et hoc est add. inter lin. T ~ nomina duodecim] duodecim nomina P ~ apostolorum] christo P² ~ que] quo L ~ *ita civitatem ita ω^g ~ ita¹⁻² om. P² ~ *quemque] unumquemque ω^g ~ *perfectum] vidi add. ω^g

21,13. Sol iustitie cfr. Mal 4,2

|ET NOMINA| alii nominatissimi viri in opere bono, in doctrina apostolorum fundati, habentes virtutes quas supra nominavimus, id est intelleximus per duodecim filios Israel: nam sunt confitentes quod habemus per Iudam, postea addentes quod habemus per Levi, postea augmentantes quod habemus per Ioseph et sic curre per ceteros^m 21,13. |AB ORIENTE| ab infantia venientibus ad fidem; per orientem Iudaicus populus designatur ubi Christus natus est, per aquilonem gentiles in frigore infidelitatis positi, per austrum calor fidei, per occasum finis seculi intelligitur, in quibus omnibus sancti predicatores fidem sancte Trinitatis per quadripartitum orbem diffundunt. Duodenarius numerus portarum que per quatuor mundi partes sub ternario comprehenduntur ad misterium pertinet duodecim apostolorum, per quos fides sancte Trinitatis per quadripartitum orbem diffusa est^m |PORTEⁱ| ab infantia venientibus ad fidem patent fide sancte Trinitatis et apostolica doctrinaⁱ; he porte patent omnibus gentibus in quacumque sint regione vel in quacumque etate, nam ab orienteⁱ |AB AQUILONE| senectuteⁱ |AB AUSTRO| ab iuventuteⁱ |AB OCCASU| decrepita etateⁱ 21,14. |MURUS| superius dixit predicatores esse muros civitatis, modo vult ostendere super quos sit fundatus, scilicet super prophetas et apostolos^m |NOMINA APOSTOLORUM| sunt in prophetis et patriarchis, quia fidem quam percepérunt apostoli habuerunt et illi^m

21,13. ubi] unde P⁴ ~ duodenarius] enim *add.* P⁴ ~ fide] ad fidem P⁴ 21,14. murum] murum P⁴ ~ civitatis *om.* P⁴ ~ et³ *om.* P⁴

21,13. per orientem...natus est *cfr.* Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1199C ~ per aquilonem...positi = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 199D ~ per austrum calor fidei = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1200A ~ per occasum...diffundunt = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1200B ~ Duodenarius...diffusa est = Haimo, *ExpApc*, PL 117, col. 1200B

21,15. *Et qui loquebatur tecum, id est angelus in persona Christi, habebat mensuram, scilicet divisionem gratiarum, arundinem, hanc quidem mensuram, id est divinam Scripturam, auream, Dei sapientia expositam, ut metiretur civitatem, id est ut secundum mensuram daret omnibus intelligentiam Scripturarum, et portas eius, qui alias introducunt ad fidem, et murum, defensores aliorum.* **21,16.** *Et civitas in quadro posita est, civitas dicitur in quadro posita, quia habet quatuor equalia latera: fidem, spem, caritatem, operationem; que dicuntur equalia, quia quantum credit, tantum sperat; quantum sperat, tantum diligit; quantum diligit, tantum operatur. Vel quadrum dicamus quatuor principales virtutes, quarum alia non debet aliam excedere in homine: prudentiam, id est discretionem boni a malo, quam sequitur temperantia, scilicet ut malum cognitum vitet; post hec fortitudo, ut adversa patiatur, facienda viriliter operetur; dehinc iustitia, ut omnibus secundum merita retribuat. Exponit quadraturam: *longitudo*, id est longanimitas que in fide est, *tanta est quanta et latitudo*, scilicet caritas, quia quantum credit, tantum amat. *Et mensus est civitatem per stadia duodecim millia*, id est perfectos de quatuor mundi partibus in fide Trinitatis adunatos. Per stadia solent mensurari platee, in quibus currunt ludentes; per quod notat cives istos oportere currere et tendere ad bravium. *Longitudo*, longanimitas et *latitudo*, dilatatio secundum caritatem, et *altitudo eius equalia sunt*, in his que sperat: quantum enim credit et amat, tantum sperat. **21,17.** *Et mensus est muros, defensores, centum quadraginta quatuor cubitorum.* Cubitus in quo est manus significat operationem. *Mensura hominis, que est angeli*, ostendit angelum habuisse formam hominis, ut aperte notet eum qui significabatur verum angelum, Dei Filium, et verum hominem fuisse. Dixerat in hac civitate esse muros, portas, fundamenta, ipsos inter se esse inequaes. Hic exsequitur murus ipse qualiter sit in materia, et ita dicit de ceteris. **21,18.** *Et erat structura muri eius, scilicet maiores in defensione, ex lapide iaspide, quasi lapides propter firmitatem, iaspis, quia videntes in fide. Ipsa vero civitas, id est tota illa Ecclesia, scilicet tam muri quam ipsi defensi, aurum,**

21,15. *id est¹ om. a Tr ~ angelus...christi om. P⁴ ~ gratiarum] mensuratam add. γ ~ auream] id est add. T ~ dei] divina P⁴ ~ *expositam] ornatam ω^g: compositam a Tr ~ CIVITATEM] vel add. P⁴ ~ ut² om. ω^g ~ dare] dari P⁴* **21,16.** *civitas...posita² om. P⁴ ~ in quadro posita² om. P² ~ quia¹] que P² ~ caritatem operationem] operationem caritatem T ~ credit¹] quis add. inter lin. T ~ quantum sperat¹ om. P² ~ homine] hominem id est P² ~ retribuat] tribuat P⁴ ~ quia² inter lin. Tr ~ *in fide² om. ω^g ~ *trinitatis] trinitati ω^g ~ longitudo longanimitas] que est in fide add. P⁴ : in marg. P* **21,17.** *manus] et add. γ T^{a.c.} Tr^{inter lin.} ~ eum om. a Tr ~ qui] que T ~ se om. L ~ *esse om. ω^g ~ inequaes] in- inter lin. P ~ qualiter] qualis P² ~ materia] materiam M P ~ de ceteris om. a Tr* **21,18.** *iaspide om. a Tr : id est add. a Tr ~ iaspis] iaspide a Tr (-de inter lin. Tr) ~ illa om. P⁴ : ipsa P²*

21,15. [QUI LOQUEBATUR] Filius, paterne voluntatis nuntiusⁱ [MECUM] ad beneplacitum meumⁱ [MENSURAM] id est divinam Scripturamⁱ [ARUNDINEM] Scripturam divinam Spiritu sapientia rutilans vel perfectam considerationem discretionis^m [CIVITATEM] Ecclesiamⁱ [PORTAS] apostolosⁱ [MURUM] predicatoresⁱ 21,16. [CIVITAS] firma in vi anime, quadrata prudentia, temperantia, fortitudine, iustitia vel fide, spe, caritate, operatione, ut contra temptationem sit firma, non volubilis que hac illac possit pelli^m [IN QUADRO POSITA EST] anima quadratur quatuor principalibus virtutibus, ut sit firma prudentia, que proprie est in appetendis rebus bonis et vitandis malis, que perfecta non est nisi temperantia eam iuverit. Quas etiam fortitudo confirmat, iustitia vero eas moderatur ne quid nimis vel minus fiat; vel etiam quadratur fide, spe, caritate, operatione. Nam quantum quisque fidelis credit, tantum sperat, tantum amat, tantum operatur^m [LONGITUDO¹] spesⁱ [LATITUDO¹] caritas que non tantum extendit se ad diligendum amicum sed etiam inimicum^m [ET MENSUS] dixit superius: *habebat mensuram*, ut murosⁱ; remuneravitⁱ [DE ARUNDINE] id est per Scripturam complectentem agonizantes in Christo vel in dilectione Dei et proximi^{im} [DUODECIM MILIA] perfecteⁱ

21,15. filius...nuntius *om.* L 21,16. fortitudine] vel *add.* P⁴ ~ temptationem] temptationes P⁴ ~ rebus *om.* P⁴ ~ caritate] et *add.* P⁴ ~ quisque] cumque P⁴ ~ MENSUS] quia *add.* P⁴ ~ id est *om.* P⁴ ~ in⁴ *om.* P⁴ ~ [LONGITUDO²] spesⁱ *add.* iterum P⁴

propter sapientiam, *mundum* ab omni coinqinatione, *simile vetro mundo*, per hoc notat puritatem fidei, scilicet quidquid de ore dicit, corde credit. 21,19. *Fundamenta muri civitatis*, ipsi prophete vel apostoli, *omni lapide pretioso ornata*, sunt ornati in se ipsis omni genere virtutum. *Fundamentum primum iaspis*, quia primum fundamentum omnium virtutum est in fide. *Iaspis* viridis viorem fidei immarcescibilem significat. *Saphirus* similis sereno celo qui, percussus radiis solis, ardenter emittit fulgorem, significat altitudinem spei sanctorum, quorum «conversatio in celis est», qui et a vero sole innovati ardenter eterna querunt et alios querere docent. *Calcedonius*, quasi pallens ignis lucerne nitet et fulget sub divo, non in domo, significat flammarum caritatis interne, que in abscondito bona agit, sed, cum aliis prodesse iubetur, mox appetit quid fulgoris habeat intus. *Sculpentibus* resistit, ictu solis vel digitorum attritu excandens, ad se paleas trahit, id est a nullo queunt vinci et ad se fragiliores trahunt. *Smaragdus*, nimie viriditatis, super herbas et frondes Scitie invenitur, id est fortis eiusdem fidei inter adversa, que frigore significantur. Confessio que, quia tanta per Evangelium mundo innotuit, quarta dicitur, propter quatuor Evangelia. 21,20. *Sardonix* inter virtutes humilitas, inferius niger, in medio candidus, superius mineus, id est sancti in passione rubei, interius candidi, sed sibi per humilitatem despcti, que quia ex infirmitate corporis descendit, quod quinque sensibus agitur, quinta est. *Sardius*, sanguinei coloris, martyrii gloriam significat; sextus, quia sexta feria Christus crucifixus. *Crisolitus* ut aurum fulget, scintillas que emittit ardentes, id est spiritualis inter miracula predicatione; auro superna sapientia, scintillis exhortatio vel etiam miracula significantur; quod quia per Spiritum sanctum fit, septimo loco ponitur. *Berillus* est predicatorum perfecta operatio: ut enim aqua, sole percussa, refulget, quod non aliter evenit nisi sexangula poliatur forma,

ab omni coinqinatione *omn.* P⁴ ~ *omni]* ipsi T ~ coinqinatione] inquinatione L 21,19. *muri]* id est *add.* P² ~ *civitatis om.* P² ~ *iaspis]* iaspidis *a.c.* P : quia primum iaspidis *add.* *et post del.* T ~ significat^{1]} signat P² ~ *in celis est]* est in celis *a Tr ~ id est^{1]}* ita M : sancti *add.* *a Tr^{inter lin.} ~ *et^{4]}* immo ω^g ~ ad se fragiliores] fragiliores ad se L ~ *frondes] in frigore ω^g ~ fortis eiusdem fidei] fidei eiusdem fortis P² ~ *mundo]* *mundo* P² ~ *quatuor evangelia]* evangelia quatuor *a.c.* P² 21,20. *mineus restitui iuxta Bedam* : niveus ω^g P² : rubeus *a Tr ~ sancti^{1]}* in sancti *a.c.* T ~ *per^{1]}* propter P⁴ ~ *ex¹ om.* γ ~ *martyrii]* martirium P² ~ *sexta feria]* sexta forma *a Tr : om.* P² ~ *crucifixus]* fuit crucifixus P² ~ **auro^{1]}* enim *add.* ω^g ~ scintillis] scintillas P² ~ *vel^{1]}* et P⁴ ~ *septimo]* septem P² ~ *sole percussa]* percussa a sole P⁴ ~ *refulget]* ita et predicatione splendet lumine operationis fulget aqua sole percussa *add.* *inter lin.* T ~ evenit *om.* *a Tr ~ sexangula cum ω^g* et *Beda* : septangula cett. codd. ~ poliatur] spolitur P

21,19. conversatio in celis est *cfr.* Phil 3,20

quia ex angulorum repercussione splendor acuitur. Aqua sensum hominis significat; splendor solis, divinam sapientiam, qua amplius fulget. Sed non perfecte divina vel humana sapientia, nisi operibus consummetur; perfectio operum per sex intelligitur, cum hoc numero opus mundi factum sit. Urit manum tenentis, quia qui sancto iungitur, eius conversatione accenditur. *Topazius*, quantum rarius, tantum pretiosior; bicolor, ex auro et etherea claritate maxime lucens. Cum solis splendore tangitur, superans omnium gemmarum claritates, in aspectum suum singulariter provocans aspicientes; quem si polis, obscuras, si nature relinquis, clarior est. Et nichil eo carius regibus inter divitias: contemplativam vitam significat, quam sancti reges omnibus operum divitiis et gemmis virtutum preferunt et in eam maxime mentes dirigunt. Et tanto amplius, quanto frequentius divina gratia illustrantur: ex interna claritate aureus color, ex dulcedine contemplationis ethereus, que attritu seculi sepe vilescit. Vix enim potest aliquis simul doloribus agi et tranquilla mente gaudia celi intueri. Et sicut in octo activa vita, sic in novem contemplativa, que est angelorum, quorum sunt novem ordines; vel quia uno gradu abest a denario, mortis scilicet. *Crisoprassus*, viridis aureeque mixture, quidam etiam purpureus cum guttis aureis et nascitur in India, significat eos qui viorem eterne patrie caritate merentur et aliis purpuram martyrii ostendunt; et quia exemplum Domini sequuntur, in India, id est prope ortum solis, sunt; et quia cum Christo regnare exspectant, in denario numero sunt, et decalogus implebitur per dilectionem, que nona fuit. Igitur in crisoprasso opus martyrii indicatur et premium. *Iacinctus* cum aere mutatur: in sereno perspicuus, nubilo marcessit. Indicat doctores ad alta levatos, sed propter infirmos condescendentes. *Ametistus* est purpureus, mixto colore viole et rose, leniter quasdam flamas fundens: purpureus decor celestis regni habitum; viola, sanctorum verecundiam; rosa, pretiosam significat mortem; qui inter adversa mente sunt in summo, qui non modo inter se, sed ad persecutores,flammam caritatis fundunt. Significat igitur ametistus celestis regni semper memoriam in animo humilium.

repercussione] percussione a Tr ~ sed² bis repetitur in P² ~ perfecte] fulget add. in marg. a.m. T ~ humana] luceret add. L : lucet add. P⁴ ~ sex cum ω^g et Beda : septem cett. codd. ~ auro²] aureo (-e- inter lin.) a.m. corr. Tr ~ nichil] est add. P² ~ eo om. a Tr ~ operum² om. T ~ illustrantur] et add. P² ~ seculi] solis add. P² ~ doloribus agi] agi doloribus P ~ agi] angi m ~ contemplativa] vita add. P² ~ viridis inter lin. Tr ~ significant] significant a.c. Tr ~ *sunt³ om. ω^g ~ dilectionem] dei add. a Tr ~ nona] nulla P² ~ marcessit] marcessit L ~ condescendentes] condescendentes P² ~ *habitum] habitus ω^g ~ mixto] in christo add. P² ~ quadsam] quasi P² ~ *igitur²] autem ω^g ~ regni semper] semper regni a Tr ~ humilium] humiliorum P⁴

21,21. *Et duodecim porte duodecim margarite sunt per singulas*, id est omnes introductores in quatuor partibus mundi fundati fide sancte Trinitatis, introducunt duodecim, id est omnes ex quatuor partibus mundi ad fidem Trinitatis, qui sunt margarite, id est lucidi et solidi. *Et singule porte erant ex singulis margaritis*, id est unusquisque de ipsis introductoribus sunt splendentes et firmi virtutibus. *Et platee civitatis*, id est quibus licet uti latioribus preceptis, ut sunt coniugati, aurum, sapientia et caritate pleni, mundum, a criminali macula, *tamquam vitrum perlucidum*, id est nullas sordes in se celantes; vel quia possunt mali in operibus eorum velut in speculo nequitiam suam cognoscere. 21,22. *Et templum non vidi in ea*, hic tantum est locus orationis et oblationis, que ibi locum non habent. *Dominus enim Deus omnipotens, templum illius est, omnimoda requies.* 21,23. *Et civitas non eget sole neque luna ut luceant in ea*, ad litteram vel predictoribus maioribus et minoribus quibus hic tantum indigent ad illuminationem. *Nam claritas Dei Patris et lucerna eius est Agnus*, lucerna est testa continens lumen, ita humanitas Christi continet deitatem, qua illuminantur omnes volentes. 21,24. *Et ambulabunt gentes in lumine eius*. Ostendit magnum et mirabile esse lumen illius venture civitatis, que etiam in hoc presenti statu illuminat homines et perducit ad illam eternam civitatem per spem et quosdam radios cognitionis illius eterne beatitudinis. *Et reges terre*, id est qui bene regent se et alios, *afferent gloriam suam*, ad similitudinem victorum, qui spolia in suas urbes ferunt, ita isti gloriam suam in adquisitos Deo ferent in *illam*, id est ad laudem illius civitatis facient, non ad suam, et honorem, puritatem conscientie, *in illam*, pro illa habenda. 21,25. *Et porte eius non claudentur per diem*, de venturo statu dicit: hic enim clauduntur porte predicatione, ne mali furentur et conculcent Verbum Dei. *Nox enim non erit illuc*, ostendit quare ibi non sit claudenda: quia ibi nulla ignorantia, nulla obscuritas, et ideo nec locus furibus, sed ibi omnimoda serenitas erit.

21,21. *et¹ om. P² ~ partibus mundi]* mundi partibus a Tr ~ fundati *om. P² ~ fide]* ad fidem *P² ~ sancte om. P² ~ omnes² inter lin.* Tr ~ *fidem] sancte add. *ω^g ~ trinitatis² om. P² ~ unusquisque de ipsis]* de ipsis unusquisque *P⁴ ~ *firmi]* in add. *ω^g ~ AURUM]* EX AURO *P⁴ ~ MUNDUM]* MUNDO *P⁴ ~ perlucidum]* purum T ~ id est⁶ *om. a Tr ~ operibus]* mali add. *et post del.* *P² ~ *velut]* ut *ω^g* 21,22. *est¹ *om. a Tr ~ et oblationis om. P⁴ ~ que]* quo *P² ~ *habent]* habebant *ω^g ~ *EST]* id est add. *ω^g ~ omnimoda]* omnimodo a Tr : est add. *P²* 21,23. *predictoribus maioribus] maioribus predictoribus *ω^g ~ quibus om. P⁴ ~ lucerna²]* id add. *P⁴ ~ lumen]* lucem *P⁴ ~ continet deitatem]* deitatem continet *P²* 21,24. *illius] illud *ω^g ~ venture in marg.* P ~ que] quam *P² ~ in hoc add. a Tr ~ *perducit]* adducit *ω^g ~ eternam om. P² ~ beatitudinis]* beatitatis a Tr ~ id est¹] et L : *om. a Tr ~ *regent]* regunt *ω^g ~ spolia]* spolias P ~ *ferent] ferunt *ω^g ~ illam post del.* T ~ *facient] faciunt *ω^g ~ *HONOREM]* id est add. *ω^g ~ ILLAM²]* id est add. *P⁴ ~ *pro illa habenda]* propter illam habendam *ω^g* 21,25. non] te add. M ~ porte²] idem add. *P² ~ ibi² om. a Tr ~ erit² om. a Tr*

21,21. [ET DUODECIM PORTE] quasi dixi esse duodecim portas. Et cum ita sint duodecim ille porte, id est introducentes ad fidem sancte Trinitatis ex quatuor mundi partibus, *per singulas*, id est per instructiones singulorum, *sunt margari-te*, id est imitatores eorum qui, de quacumque mundi parte ad fidem sancte Trinitatis vocentur, sunt splendidi virtutibus^m 21,23. [DEI] Patris vel Trinitatisⁱ 21,25. [NOX] id est locus insidiarum, sed quia ibi dies perpetua, omnis timor aufertur^m

21,21. sancte¹⁻² *om.* P⁴ ~ id est² *om.* P⁴ 21,23. patris vel trinitatis *om.* P⁴

21,26. *Et afferent gloriam*, eidem reges, minores gentes gloriosas de aliis adquisitis, *et honorem*, honorabiles secundum puritatem propriam conscientiarum, 21,27. *nec intrabit in eam aliquid*, licet ibi non sit nox nec porta clausa, non tamen intrabit quidlibet, *coiquinatum*, id est consensor immunditie. *Et faciens abominationem*, aliquod criminale, *et mendacium*, qui delectatur in mendaciis inveniendis, *nisi qui scripti sunt in libro vite Agni*. Quid plura? Nullus intrabit nisi prescitus in eterna dispensatione Dei, vel nisi imitatores vite Christi, qui est nobis propositus liber ad imitandum.

CAPUT XXII

22,1. Postquam situm civitatis, dignitatem, muros et fundamenta ostendit, describit refectionem quam Deus civitati tribuit, et in presenti et maxime in futuro. Hic enim dat refectionem quodammodo per baptismum et tamen est figura illius future beatitudinis, «ubi Christus erit omnia in omnibus». Queritur de baptismo, cur potius fiat aqua, quam alio quolibet elemento. Ad quod respondetur quod aque natura est ut exstinguat et in baptismo exstinguitur ardor peccatorum. *Et ostendit michi fluvium*, abundantiam, *aqua vive*, id est refectionis, que vivificat omnes bibentes, *splendidum*, scilicet Christum, qui erit omnimoda refectio, *tamquam crystallum*, quia ibi sola puritas et nichil absolum, *procedentem de sede Dei et Agni*, de maioribus, in quibus principaliter sedet Deus. Per ipsorum enim instructionem recipiunt minores illam beatitudinem.

21,26. *et afferent gloriam...gloriosas*] et afferent ipsi reges representabunt deo gloriam id est glorificatas gentes α Tr ~ de aliis adquisitis *om.* α Tr 21,27. *intrabit in eam aliquid*] aliquid intrabit in eam γ : intrabit aliquid in eam Tr ~ IN EAM] IN ILLAM L ~ *nec²] neque ω^g ~ id est *om.* α Tr ~ *aliquid] aliquid ω^g ~ vite¹] et *add.* P² ~ dispensatione] dispositione P² ~ nobis propositus est liber] liber nobis propositus est P² ~ *ad imitandum *om.* ω^g

22,1. *et² *om.* ω^g ~ est figura] figura est L ~ refectionem quodammodo] quodammodo refectionem P² ~ beatitudinis] beatitatis α Tr ~ *queritur] dicitur ω^g ~ cur] qua re α Tr ~ respondetur] respondebatur *a.c.* T ~ alio quilibet] aliquo libet L : aliquo quilibet P⁴ ~ quod²] quia ω^g ~ exstinguat] -u- *add. inter lin. a.c.* Tr : extingat P² ~ et⁶ *om.* M T Tr m ~ *FLUVIUM] id est *add.* ω^g : FLUMEN L ~ id est *om.* α Tr ~ *refectionis] resurrectionis ω^g ~ bibentes] habentes α Tr ~ *absonum] absconditum ω^g ~ *PROCEDENTEM] PROCEDENS ω^g ~ *AGNI] id est *add.* ω^g ~ principaliter *om.* α Tr ~ deus² *om.* P²

22,1. ubi Christus...omnibus = Col 3,11 et I Cor 15,28

22,2. *In medio platee eius, in communitates eorum qui latiori via incedunt. Ex utraque parte fluminis, et in hoc presenti et in futuro, lignum vite afferens fructus duodecim, id est Christus, qui dat refectionem et dat illos qui preparant alios ad eandem refectionem. Qui dicuntur duodecim, quia Deo fructificant in quatuor partibus mundi ad eandem fidem Trinitatis, per menses singulos, per omnes estates vel assidue, reddens fructum suum. Citra flumen, id est in hac vita habemus lignum vite, scilicet corpus et sanguinem Christi quibus reficimur; ultra flumen habebimus ipsum Christum presentem et indeficientem refectionem. Vel per citra flumen accipiamus tempus quod fuit ante baptismum: habebant enim illi priores sancti, ut Moyses et alii, Christum refectionem suam, licet per alia instrumenta quam modo sint. Per ultra flumen accipiamus tempus post baptismum, per quod significamus iustos in Novo Testamento; quod presignavit Moyses, qui duxit filios Israel usque ad flumen Iordanis, et Iesus Nave, qui de flumine duxit eos in terram promissionis. Et folia ligni ad sanitatem gentium, precepta Christi, que tegunt et ornant fructum, si impleantur, conferunt sanitates, que sparguntur per duodecim fructus, scilicet prophetas et apostolos et eorum successores.* **22,3.** *Et omne maledictum non erit amplius, subtractio gratie. Et sedes Dei et Agni in illa erunt, id est quiescat Deus et Agnus in illis sine ulla offensione. Et servi eius servient illi, laudabunt in eternum,* **22,4.** *et videbunt faciem eius, non in enigmate sicut nunc, sed Deum et Christum prout sunt. Et nomen eius in frontibus eorum, quia et Dei et Agni vocabuntur in aperto, sicut hic aperte eum confessi sunt.* **22,5.** *Et nox ultra non erit, nulla ignorantia, et non egebunt lumine lucerne, id est doctrina veteris legis vel minorum predicatorum, qui illuminant noctem, neque lumine solis, id est doctrina nove legis vel maiorum predicatorum. Sicut in principio commendavit visionem, sic in ultimis facit.* **22,6.** *Et dixit michi, id est angelus qui cetera, hec verba, id est quidquid verbis et figuris ostensum est, vera sunt, quia sic implebuntur, fidelissima,*

22,2. via restitu*i* iuxta primam versionem : vita codd. ~ et¹ om. L ~ id est¹ om. a Tr ~ *qui²] et add. ω^g ~ illos] illis in marg. p.c. M ~ quia] a add. L ~ eandem² om. P⁴ ~ per omnes om. L ~ reddens] reddiens a.c. T ~ *flumen²] id est in futuro add. ω^g ~ per³ om. T ~ accipiamus tempus¹] tempus accipiamus P² ~ habebant] habent P² ~ tempus²] quod fuit ante baptismum habebant enim illi priores sancti ut moyses add. T (ante...moyses post del.) ~ quod¹] quos a.c. M ~ moyses² om. T ~ filios israel] israel filios P² ~ gentium] id est add. P² ~ *tegunt cum a Tr : regunt ω^g : cogant P² ~ *sanitates] sanitatem ω^g ~ *scilicet²] per add. ω^g ~ et¹¹ om. P⁴ **22,3.** subtractio] subtractio T Tr **22,4.** *EIUS¹] scilicet add. ω^g ~ EIUS²] SCRIPTUM add. L ~ et⁴ om. P² ~ *sicut] ut L : et add. ω^g ~ aperte eum] eum aperte P P² **22,5.** *ERIT] id est add. ω^g ~ id est² om. a Tr **22,6.** id est¹] idem P ~ id est² om. a Tr

22,4. non in enigmate cfr. I Cor 13,12

22,2. |LIGNUM VITE| vel ibi alia litteratura: *lignum vite reddens fructum suum per duodecim menses*, id est per duodecim apostolos, quia Christus dies vel annus, apostoli hore vel menses, ubi ibi dicitur: «*Nonne duodecim hore diei sunt?*», quasi dicat: *Vos estis michi subditi, michi previdendum est, non vobis.* Et alia ligna sunt ibi redditiva fructum suum, scilicet sancti qui redundunt pro meritis premia sibi subditis^m **22,6.** |ET VERA| quia sic implebunturⁱ

habilia quibus fides adhibeatur, et *Dominus Deus spirituum prophetarum*. Et bene credere debes, quia ille qui in potestate dona Spiritus sancti habet, per quem locuti sunt prophete, *misit*, et cetera. Cum Deus in Trinitate faciat dona misericordie, ideo tamen attribuuntur persone sancti Spiritus, quia Spiritus sanctus significat benignitatem et ex benignitate Dei procedunt omnia hec dona; *misit angelum suum ostendere*, et sicut angelus michi, ita ego vobis servis suis, non philosophis vel superbis seculi, *que oportet fieri cito*, quia non possunt non expleri, sicut prescrita sunt. 22,7. Et *ecce venio velociter*, et vere cito, quia ipse dicit. Hoc etiam dicit: *Beatus qui custodit, opere implet, verba libri huius.* 22,8. *Et ego Iohannes.* Item commendatio libri ex propria persona, quasi dicat: Ego qui nichil falsi soleo vobis adnuntiare, *qui audivi voces, et vidi hec, figuras.* Et *postquam audissem et vidi sem, cecidi ut adorarem*, quasi oblitus prioris prohibitionis, vult iterum angelum venerari quasi maiorem. Ex quo nobis innuit quia, sicut ipse angelum, ita nos habere debemus eum in veneratione, nec tamen eum sed Deum adorare; et debemus intelligere per observantiam libri angelis parificari. *Ante pedes angeli*, quasi ut omnino me contemptibilem quantum ad ipsum ostenderem, scilicet pro hac causa qui hec ostendebat michi. 22,9. *Vide, etc., prophetarum maiorum, et eorum etc. minorum.* 22,10. *Ne signaveris verba prophetie libri huius*, id est nec clauseris dicta libri huius, sicut preceptum est de verbis septem tonitruum, sed omnibus predica. Et vere non sunt claudenda hec verba, ut per hoc acquirantur aliqui fratres, quia *tempus prope est*; et quia posset sibi obici hec non esse predicanda, quia mali inter peiores erunt, responderet quasi obiectis hoc iustitiam esse, ut malus peior fiat. Hoc est: 22,11. *qui nocet aliis noeat, magis, et qui in sordibus est, sordescat adhuc*, quantum ad seipsum sordescat magis. *Et iustus iustitiam faciat adhuc*, iustus in alium iustior fiat, et *sanctus sanctificetur adhuc*, in seipso sanc-

*dona spiritus sancti habet] habet dona sancti spiritus ω^g ~ *et cetera om. ω^g ~ sancti spiritus] spiritus sancti α Tr ~ omnia hec] hec omnia α Tr ~ *servis suis om. ω^g ~ *prescrita sunt] sunt prescrita ω^g ~ sunt³ *inter lin.* Tr 22,7. dicit] dixit P⁴ P² : et add. α Tr ~ implet in marg. P ~ *VERBA] PROPHETIE add. ω^g 22,8. adnuntiare] et add. P² ~ *voces om. ω^g : scilicet add. P² ~ *figuras om. ω^g ~ audissem *inter lin.* Tr ~ iterum angelum] angelum interum α Tr ~ quasi³] ut α Tr ~ *quia] ut ω^g : quod α Tr ~ ipse] ille T ~ *nos] pro his add. ω^g ~ *habere debemus eum] eum habere debemus ω^g : debemus habere eum α Tr ~ tamen] tum P² ~ sed deum adorare] adorare sed deum P² ~ *intelligere] nos add. ω^g ~ parificari] pacificari γ P² Tr ~ ut omnino] omnino ut P² ~ *qui hec...michi om. ω^g 22,9. etc.] ne feceris conservuus tuus sum et fratrum tuorum P ~ etc² om. P² 22,10. verba *inter lin.* Tr ~ id est om. α Tr ~ tonitruum] tonitruorum P⁴ M P ~ inter om. α Tr ~ malus] maius P² 22,11. magis] magnis P² ~ *IUSTITIAM FACIAT] IUSTIFICETUR ω^g

22,11. nocens...sordescat *qfr.* Apc 22,11

tior sit. 22,12. Et vere tempus prope est quia *ecce venio cito etc. secundum opera sua*, uni plus, alii minus. 22,13. Et bene hoc possum, quia *ego a et o, primus*, ante omnes creatureas, *et novissimus*, quia nulla creatura post eum, *principium*, quia ex ipso omnia processerunt, *et finis*, quia in ipso omnia consummabuntur. Et quia dixerat: «*nocens noceat, sordidus sordescat*», ne dicat malus ideo nichil sibi prodesse si peniteat, dicit quia etiam hi tales beati erunt, si penitentia peccata deleantur. Et hoc est: 22,14. *beati qui lavant stolas suas*; ita dico *lavant*, ut possint refici ligno vite, et hoc est: *ut sit potestas eorum in ligno vite et per portas intrent*, per introductionem sanctorum, *in civitatem sanctam*; 22,15. *foris canes*, contradicentes et oblatrantes veritati et immundi in seipsis erunt extra civitatem, et hoc dicit: *qui amat mendacium gaudet*, audiendo, *et facit*, inveniendo. 22,16. Commendavit librum per angeli dignitatem et per suam propriam personam, modo ex Christi auctoritate, ac si dicat: *Sciatis omnes hec verba ex me procedere, ego Jesus misi*, et cetera. Et michi est bene credendum, quia *ego sum* et sustentaculum David et ab ipso genitus, et *radix*, sustentamentum, *et genus David*, ab ipso secundum carnem generatus, *stella splendida*, id est lucem afferens mundo et annuntians diem sicut lucifer, id est communem resurrectionem, per meam resurrectionem, *et matutina*, in mane facta. Post alias commendationes, commendationes ponit etiam ex sponso vel spiritu, id est Trinitate et fidelibus commendationem. 22,17. *Et sponsus, ipse Deus, et sponsa*, id est fideles, *dicunt: Veni, ad notitiam libri, et qui audit, et ideo qui intellegit, dicat: Veni*, ut maiores dicant aliis ut veniant, *et qui sitit veniat*, non tamen intrabit quilibet, sed solus qui desiderat, *et qui vult accipiat aquam vite gratis*, et sufficit sola voluntas. 22,18. *Contestor*. Postquam commendavit librum per multas auctoritates, quia scivit quosdam hereticos in Asia, quorum mos et voluntas erat auferre de libris sanctorum que suis heresisbus contra irent et interserere suas hereses, ut ex sanctis errores suos confirmarent, excommu-

22,12. plus] et add. T ~ secundum] scilicet a.c. P ~ sua] sue a.c. P ~ uni...minus om. L 22,13. creature] est add. P² ~ *et⁵ om. ω^g ~ *ideo] iam ω^g ~ nichil sibi] sibi nichil a Tr ~ etiam] et L ~ deleantur] deleant a Tr ~ *et hoc est om. ω^g 22,14. *ita dico...est om. ω^g ~ potestas] potestat a.c. a.m. P² ~ *sanctam om. ω^g 22,15. *CANES] scilicet add. L : id est add. P⁴ : carnes a.c. T : ~ amat] amant a.c. T ~ MENDACIUM] qui add. P⁴ ~ gaudet om. a Tr 22,16. *ex christi auctoritate] per christi auctoritatem ω^g ~ est¹ om. P² ~ et⁴ om. a Tr ~ et⁵] quia add. P² ~ genitus] est add. M P ~ et⁶] hoc est add. a Tr^{inter lin.} ~ *sustentamentum om. ω^g ~ id est¹] et P² ~ lucem] lumen a Tr ~ per meam resurrectionem inter lin. Tr ~ facta] factam P² ~ commendationes² om. P² ~ ponit etiam] etiam ponit T ~ id est³] in add. P² ~ commendationem om. a Tr 22,17. sponsus] spiritus T ~ ipse deus om. γ : christus add. Tr ~ id est¹ om. a Tr ~ et ideo qui intelligit] id est intelligit a Tr ~ ut²] scilicet a Tr ~ veniant] veniat P⁴ 22,18. et voluntas om. a Tr ~ *erat] fuit ω^g ~ errores suos] suos errores P⁴ a Tr

22,17. |SPONSUS| Deus vel Spiritus, id est Trinitas, que pro puritatis excellētia dicitur sponsusⁱ

nicat omnes qui vel apponunt aliquid huic libro vel inde subtrahent, et hoc est: *contestor et cetera.* 22,20. *Dicit*, quasi dicat: Ego excommunico et Jesus excommunicat, *qui testimonium perhibet istorum*, scilicet Jesus, *etiam Amen*, id est vera sunt omnia que dicta sunt et ideo si quis mutaverit, excommunicetur. *Venio cito, Amen.* Et servate ne mutetis verba, quia ego *cito venio*, ut vindicem mutatores, *dicit Dominus*; verba apostoli: et confirmat Christum cito venturum; *Veni, Domine Iesu*, dicit apostolus Domino, ex nimia affectione desiderantis ut veniat ad remunerandum. 22,21. *Gratia*, etc.

apponunt] opponunt P² ~ aliquid *om.* a Tr ~ subtrahent] subtrahunt a Tr ~ *et hoc est *om.* ω^g 22,20. ego *om.* P² ~ *excommunicat] confirmat ω^g ~ iesus²] deus P² ~ scilicet] id est L : *om.* P⁴ ~ *et servate...dominus *om.* ω^g ~ mutatores] minutantes P² ~ domino *om.* P² ~ desiderantis] desiderantes P² 22,21. etc.] explicunt glosule apocalipsis *add.* M P T Tr : amen id est sine defectione a enim sine men defectio dicitur ego id est pater in prelatione tamen frater in regeneratione unius matris ecclesie benedictus per omnia deus amen id est veritas omnes concede amen *add.* a Tr ~ AMEN nomina trium magorum hec sunt hebraice apellius amarus damascus grece galath magalath saracyn *add.* in marg. inf. a.m. L

«CIVES CELESTIS PATRIE»

- 1 Cives celestis patrie,
Regi regum concinite,
Qui est supernus artifex
Civitatis uranice
In cuius edificio
Talis extat fundatio:
- 2 Iaspis coloris viridis
Profert viorem fidei,
Que in perfectis omnibus
Nusquam marcescit penitus,
Cuius forti presidio
Resistitur diabolo.
- 3 Saphirus habet speciem
Celesti throno similem;
Designat cor simplicium
Spem certam postulantum,
Quorum vita et moribus
Delectatur Altissimus.
- 4 Calcedonius pallidam
Ignis habet effigiem:
Subrutilat in publico,
Fulgorem dat in nubilo;
Virtutem fert fidelium
Occulte famulantum.

*bic hymnus tantum in M T Tr m legitur tit. metrum de significationibus XII lapi-
dum M 2. profert] et fert p.c. a.m. T 3. postulantum] prestolantium k
4. pallidam] pallentem k ~ subrutilat] subtilat m*

- 5 Smaragdus, virens nimium,
Dat lumen oleaginum;
Est fides integerrima,
Ad omne bonum patula,
Que nusquam scit deficere
A pietatis opere.
- 6 Sardonix constans tricolor;
Homo fertur interior,
Quem denigrat humilitas,
In quo albescit castitas,
Ad honestatis cumulum
Rubet quoque martyrium.
- 7 Sardius est puniceus,
Cuius color sanguineus
Ostendit et martyrium,
Rite agonizantium,
Sextus est in catalogo:
Crucis heret misterio.
- 8 Auricolor crisolitus
Scintillat velut clibanus;
Pretendit mores hominum
Perfecte sapientium,
Qui septiformis gratie,
Sacro splendescunt iubare.
- 9 Berillus est lymphaticus,
Ut sol in aqua limpidus;
Figurat vota hominum,
Ingenio sagacium,
Quibus plus libet sumere
Pulcre quietis otium.
- 10 Topazius quo rarius
Eo est pretiosior.
Nitore rubet chriseo

5. smaragdus] smaraudus Tr ~ nusquam] numquam k 7. ostendit et martyrium] decus ostentat martirum k ~ rite *inter lin.* T ~ est. *om.* T Tr 8. hominum] mentium k 9. quibus plus libet sumere] quis magis libet mysticum k ~ pulcre] summe k

- Et aspectu ethereo;
Contemplative solitum
Vite monstrat officium.
- 11 Crisoprasus purpureus,
Auricolor ac flammeus,
Cuius splendor in tenebris
Flammas evibrat oculis.
Hec est perfecta caritas,
Quam nulla sternit feritas.
- 12 Iacinctus est purpureus,
Viore medioximus,
Cuius decora facies
Mutatur ut temperies;
Vitam signat angelicam,
Discretione preditam.
- 13 Ametistus precipuus,
Colore violaceus
<...>
Et notulis purpureus;
Pretendit cor humilium
Christo commorientium.
- 14 Hi pretiosi lapides
Carnales signant homines;
Colorum est varietas
Virtutum multiplicitas:
Quicumque his floruerit
Concivis esse potuit.
- 15 Ierusalem pacifera,
Hec tibi sunt fundamina;
Felix et Deo proxima

10. solitum] solidum k 11. crisoprasus] crisoprasus *p.c. a.m.* T ~ purpureus] purpureum k ~ auricolor...oculis] imitatur conchilium / est intertinctus aurei / quodam miscello guttulis k 12. purpureus] ceruleus k 13. colore] decore k ~ <...>] flammas emittit aureas k ~ et notulis purpureus] nitelasque purpureas k 14. hi...potuit *om.* M m ~ virtutum multiplicitas] diversorum proprietas T ~ quicumque...potuit *om.* T ~ potuit] potuerit k 15.-16. *om.* M m T *et postea add.* Tr

Que te meretur anima!
Custos tuarum turrium
Non dormit in perpetuum.

- 16 Concede nobis, agie
Rex civitatis celice,
post cursum vite labilis
Consortium in superis:
Inter sanctorum agmina
Tibi canamus cantica.

16. tibi canamus] cantemus tibi k ~ cantica] amen si pius in primis nam cum vin-
camur in omni munere sola deos equat clementia nobis *add.* Tr